22

Spanish ca. 1200





John Frederick Lewis

FROM THE LIBRARY
OF GEORGE DUNN
OF WOOLLEY HALL
NEAR MAIDENHEAD

Tractatus beati augustini in psalmos
canticorum graduum. Incipit
de psalmo centesimo .xviiii.
BREVIS PSALMUS EST ET VALDE
utilis. quem modo uobis cantatum
audiuimus et cantando respondimus.
Non diu laborabitis in audiendo nec
infructuose laborabitis in operando.
Sicut [illegible] eius titulus pronuntiat: canticum graduum. Grece scriptum est: anabathmon.
Gradus uel ascendentium sunt uel descendentium. Sed gradus
quomodo in his psalmis positi sunt ascendentes significant.
Intellegamus ergo tamquam ascendentes. Nec ascensiones pedibus
corporalibus queramus, sed sicut in alio psalmo scriptum est:
Ascensiones in corde eius disposuit. in conualle plorationis:
in locum quem disposuit. Ubi ascensiones? Ubi? In
corde. Unde? De conualle plorationis. Et quo ascendatur?
Tamquam deficit sermo humanus: nec explicari potest
forte nec cogitari. Audistis modo cum apostolus legeretur:
Quod oculus non uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis
ascendit. In cor hominis non ascendit: cor hominis illuc
ascendat. Ergo quia oculus non uidit. nec auris audiuit. nec
in cor hominis ascendit. quomodo dici possit quo ascendendum est.

Ideo enim dici non posset ait. In locum quem disposuit. Deo
ubi plus dicturi sumus ait homo per quem spiritus sanctus loquebatur.
In locum talem. aut locum talem. Quicquid dixero terrena
cogitas humo repis. carnem portas. Corpus quod corrumpi
tur aggravat animam et deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem. Cui loquor? Quis audiet?
Quis capiet? Ubi enim post hanc vitam. si in corde ascende
rimus. Quia ergo nemo sperat aliquem ineffabilem beatitudinis
locum. quem sibi disposuit, ascensiones etiam in corde suo
disposuit. Sed ubi. In convalle plorationis. Convallis
Mons celsitudinem significat. humilitatem significat. Est mons quo ascendamus. spiritalis
quedam celsitudo. Et quis est iste mons quo ascendimus. nisi
dominus ihesus christus. Ipse tibi fecit patiendo convallem plorationis.
qui fecit montem manendo ascensionis. Quod est vallis ploratio
nis. Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Quod est val
lis plorationis. Prebuit percutienti se maxillam saturatus
est obprobriis. Quod est vallis plorationis. Colafizatus est sputis
illitus spinis coronatus crucifixus est. Hec est vallis plora
tionis unde tibi ascendendum est. Sed quo ascendendum est.
In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat ver
bum. Ipsum enim verbum caro factum est et habitavit in nobis.
Sic descendit ad te ut maneret in se. Descendit ad te
ut fieret tibi convallis plorationis, mansit in se ut esset

tibi mons ascensionis. Erit inquit ysayas in novis
simis diebus manifestus mons domini parans in cacumine
montium. Ecce quo ascendendum est. Sed noli aliquid terrenum
cogitare. Nec quia montem audisti, alta quaedam cogites
terrae; nec cum saxum audis aut petram, aliquid a te duritia
intelligatur. Nec cum audis leonem, cogites feritatem. Nec cum
audis agnum, cogites pecus. Nichil horum est ipse, et omnia factus
est propter te. Hinc ergo ascendendum est, illuc ascendendum, ab
exemplo ipsius, ad divinitatem ipsius. Exemplum enim tibi fecit
humiliando se. Nam qui nolebant a valle plorationis as
cendere, conpressi sunt ab ipso. Preppere enim nolebant ha
bere ascensum, honores altos cogitabant, viam humilita
tis non cogitabant. Intelligat caritas vestra quod dico. Duos
discipulos voluisse ad latera domini, unum ad dextram, alterum
ad sinistram sedere. Vidit eos dominus praepropere et praepostere de
honoribus cogitare, cum prius discere deberent humiliari
ut exaltarentur; et ait eis dominus, Potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum? Ipse enim in convalle plorationis bibiturus
erat calicem passionis. Illi autem non attendentes humi
litatem christi, comprehendere volebant altitudinem christi. Revocavit
illos a via tanquam aberrantes, non ut negaret illis quod
vellent, sed ut ostenderet qua venirent. Itaque fratres mei hunc
psalmum ascensionis cantemus ascensuri in corde, spiritu as

cendamus descensus est ad nos. Nam scalas uidit iacob et in
ipsis scalis demonstrati sunt ei ascendentes et descendentes,
Utrumque uidit. Possumus putare ascendentes in eo proficien
tes: descendentes deficientes. Quia et reuera inueniuntur omnes
in populo dei. Alii proficiunt: alii deficiunt. Poterant istos
significare iste scale. Sed forte melius intelliguntur omnes boni
in illis scalis et ascendentes et descendentes. Non enim frustra
non dictum est cadentes: sed descendentes. Multum autem interest
inter descendere et cadere. Nam quia cecidit adam: ideo
descendit christus. Ille cecidit: ille descendit. Ille cecidit superbia:
ille descendit misericordia. Nos autem ipse solus descendit.
Et quidem de celo solus ipse descendit. Sed multi imitantes
eum sancti. descendunt ad nos et descenderunt ad nos. Nam in quan
dam altitudine cordis habitabat apostolus cum diceret. Si
ue enim mente excessimus deo. Iam quod mente excesserat:
deo excesserat. Excedens enim mente humanam fragilita
tem. omnem sensum temporalitatem: omnia que cumque nascendo
et occidendo euanescunt. Consequentia hec: habitabat cor
de in quandam ineffabili contemplatione quantum poterat. de qua
dicit. quia audiuit ineffabilia uerba que non licet homini
loqui. Ergo et illa loqui non possumus. Ipse autem uidebat illa ut cuique
possumus que loqui non possumus. Itaque si semper manere uellet
in eo quod uidebat: et loqui non poterat: et non leuaret ubi

et tu possis uidere. Quid autem fecit? Descendit. Nam ubi
ait. Siue enim mente excessimus deo: siue temperantes sumus
uobis. Quid est temperantes sumus uobis? Sic loquimur: ut cape
possitis. Quia et ipse talem se fecit nascendo et patiendo:
ut possent homines de illo loqui. Quia de homine facile homo
loquitur. de deo homo quando loquitur sic quomodo est deus? Homo
autem de homine facile loquitur. Ut ergo magni descenderent
ad paruos. et non illis tamen loquerentur non magnum: ipse qui ma
gnus erat factus est paruus. ut de illo magni paruis loque
rentur. Audistis modo quod dico. cum apostolus loqueretur: si aures
aduertistis. dixit hoc. Non potui uobis loqui quasi spiritalibus:
sed quasi carnalibus. Ergo spiritalibus in excelsis loquitur: carna
libus autem ut loquatur descendit. Nam ut sciatis quia cum des
cendit de illo qui descendit loquitur: ecce iohannes manentem in se
loquitur. In principio erat uerbum: et uerbum erat apud deum: et deus
erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta
sunt: et sine ipso factum est nichil. Cape si potes. arripe. cibus est.
Sed dicturus es mihi. Ille quidem cibus est: sed ego infans sum. Lac
tandus sum: ut idoneus fieri possim ad manducandum cibum.
Ergo quia tu lacte nutriendus es. ille autem cibus est: ipse cibus per
carnem traiectus est et ad fauces. Quomodo ergo cibum mater
comedit. ut per carnem traiciat ad infantem lac factum: sic
cibus angelorum dominus. uerbum caro factum est: et factus est lac. Et dic

aptls. lac uob potu dedi: non escā. Non dum eni pote
ratis: sed nec adhuc potestis. Ergo dando lac: descendit
ad paruulos. Et qr descendit: descendendo dedit. Ait
enim. Numqd dixi aliqd me inter uos scire ni ihm xpm
et hunc crucifixum? Quia si diceret tantu ihm xpm. e.
ihc xpc etiam secdm diuinitatem: secdm id qd erat ūbum
apd dm. filius dei ihc xpc. Sz hunc id e hoc modo dictu
paruuli non capiunt. Quomodo g capiunt. q lac capiunt?
Ihm xpm inqd: et hunc crucifixum. Surge qd pte factus
est: et cresces ad id qd est. Sunt ergo ascendentes et descen
dentes in illis scalis. Et ascendentes s: et descendentes.
Ascendentes qui sunt? Qui pficiunt ad intellectu spitali
um. Descendentes. qui sunt? Qui quamuis quantum
homines s. fruantur intelligentia spiritaliu. tam descen
dunt ad paruulos: ut talia qualia possunt cape et lacte nu
triti possint idonei et uali di fieri: ad capiendu cibum spiri
talem. Esayas fr̄s: etiā ipse ad nos descendentibus fuyt. Nam
et ipsi gradus ei: descendentes apparent. Cum eni diceret
de spu sco requiescet inqd sup eum sps sapiencie et intellectus.
sps consilii et fortitudinis. sps sciencie et pietatis. et sps ti
moris dni: a sapientia cepit. et usq; ad timorem descendit.
Quom ille q docebat a sapientia descendit. usq; ad timorē:
tu qui dicis pficis. a timore ascende ad sapientiā. Septiu e

enim. Initium sapientie timor domini. Iam ergo psalmum audite. Ecce ante oculos uestros ponam ascensurum hominem. Ubi ascensurum? In corde. Unde ascensurum? Ab humilitate: id est a conualle plorationis. Quo ascensurum? Ad illud ineffabile, quod dici non possit: dictum est. in locum quem disposuit. Cum ergo susceperit homo disponere ascensum: hoc dico apertius. cum ceperit homo christianus cogitare proficere. incipit pati linguas aduersantium. Quicumque illas nondum passus est: nondum proficit. Quicumque illas nondum patitur nec conatur proficere: uult nosse quid dicamus. Immo quid audiamus? simul experiatur. Incipiat proficere. incipiat uelle ascendere. uelle contempnere terrena fragilia. temporalia felicitatem seculi pro nichilo habere. deum solum cogitare. lucris non gaudere dampnis non contabescere: omnia etiam sua uelle uendere et pauperibus distribuere: et sequi christum. Uideamus quemadmodum patiatur linguas detrahentium; et quod est grauius quasi consulendo a salute auertentium. Qui enim consulit alicui ad salutem consulit: ad id quod prodest consulit. Ille autem quasi consulens: retrahit a salute. Talis ergo uidetur habere pallium consulentis et habet uenenum serpentis: lingua dolosa dicta est. Ascensurus ergo contra ipsas linguas:

(margin: ímlta gt dicentium)

Ad te domine cum tribula- Primo dominum deprecatur. Dicit enim;
rer clamaui: et exaudisti me. Unde illi exaudi-
uit?

Ut iam constituerit eum : ad grad' ascendendi . Et q iam
ascensurus est . exaudit quid orat . Dne erue aiam
meã a labijs iniustis : & a lingua dolosa . Que e lingua
dolosa . Subdola . habens imaginẽ consulendi : & pniciẽ
nocendi . Ipsi sunt q dicunt , Et tu hoc facturus es . qd
nemo fec ; Et tu sol' eris xptian' . Et si ostenderit alios
facere . & legerit euuglm ubi pcepit dns fieri : & legerit
actus aplo᷑ . illi contradicunt in lingua subdola . & in labijs
iniquis . Non poteris forte implere . multũ e . qd aggrede
ris , Alii phibendo deterrent . alij laudando plus pmunt ,
Q ista enĩ talis uita e . que iam occupauerat mundũ : tanta iam
tanta xpi e . ut rephendere xpm iam nec pagani audeat :
legit ille q rephendi non potest . qui dix . Vade & uende
omia que habes & distribue paupib' . et sequere me . xpo
contradici non potest . euuglio contradici non potest . rephen
di xpe non potest . conuertit se lingua dolosa . ad laudem pro
hibentem , & l laudas . hortare . Quare laudando pre
mis . Melius uituperares : quam dolose laudares . Quo enĩ
diceres uituperando . Absit . feda ista uita e : mala ista
uita e , Sed ; quia nosti cum hec dixeris pmi te posse aucto
ritate euuglica : conuertis te ad aliud dissuadendi gen' .
ut laudando me falso a uera laude phibeas : imo laudan
do xpm . a xpo phibeas dicens . Quid est hoc . Ecce illi fecerũ :

forte tu non poteris. In cipit ascendere: cadis. Monere
uidetur. serpens est: dolosa lingua est. uenenum habet. Roga
contra illam si uis ascendere: et dic deo tuo. Domine erue ani
mam meam a labiis iniustis: et a lingua subdola. Et dicet
tibi dominus tuus, Quid dabitur tibi aut quid apponetur
tibi a lingua dolosa, Id est quid habeas aduersus linguam dolosam.
quid opponas lingue dolose: quo te munias aduersus linguam
dolosam. Quid tibi dabitur: et quid apponetur. Interrogauit exer
cens: nam ipse dicturus est quod interrogat. Respondit e
enim. subiciens sibi interroganti. Sagitte potentis
acute: cum carbonibus desolatoriis: uel uastatoriis. Siue
desolatoriis dicas. siue uastatoribus dicas: nam in diuersis
codicibus diuerse scriptum idem significat. Uidete. Uastato
res carbones dicuntur. qui uastando et desolando: ad desola
tionem facile perducunt. Qui sunt isti carbones. Intelligat
caritas uestra primo: que sunt sagitte potentis acute. Uer
ba dei sunt. Ecce iaciuntur: et transfigunt corda. Sed
cum transfixa fuerint corda sagittis uerbi domini. amor
excitatur: non interitus comparatur. Nouit dominus sagittare
ad amorem. Et nemo pulchrius sagittat ad amorem: quam
qui uerbo sagittat. Immo sagittat cor amantis. ut ad
iuuet amantem. Sagitte autem sunt: cum aguntur uerba. Car
bones autem uastatores. qui sunt. Parum est ubi agere:

exemplis agendum est. Exempla enim sunt carbones vasta
tores. Et quare vastatores dicuntur? Breviter accipiat cari
tas vestra. Primo quomodo exemplis agendum sit: videte. Lin
gua subdola nichil sic novit dicere: quo magis subdola
est. Si unde te non posse implere, stultum est ad te hoc
aggredi. Accepisti tu preceptum evangelicum. Habes sagi
ttam: sed carbones nondum habes. Timendum: ne sagitta
sola non valeat adversus linguam subdolam. Sunt et
carbones. Ut puta. Incipit tibi enim dicere deus. Tu non
potes? quare ille potest? Quare alter potuit? Numquid
tu delicatior es illo senatore? Numquid tu infirmior es illo
aut illo in valitudine? Numquid tu infirmior es femi
nis? Feminae potuerunt: viri non possunt? Delicati potuerunt
divites, pauperes non possunt? Sed ego inquid multum peccavi: et
multum peccator sum. Numerantur etiam qui multum peccaverunt:
et eo plus amaverunt: quo plura illis dimissa sunt. Quomodo
dictum est in evangelio? Cui modicum dimittitur: modicum
diligit. Cum ergo fuerint ista enumerata: et nominatim
dicti sunt homines qui potuerunt: ille accepta sagitta in cor
de: ascendentibus etiam carbonibus desolatoriis. Desolatur
in illo terrena cogitatio. Quid est enim desolatur? Ad desola
tionem perducitur. Erant autem in illo multa mala
que male fronduerant. multe carnales cogitationes.

secularet multi amores. ipsi urunt carbonibus uastato
riis: ut fiat purus locus desolatus. in cuius loci puritate
faciat deus edificium suum: qua fuerat ibi ruina diaboli &
edificatur ibi xpc. Nam quamdiu manet ibi diabolus: non
potest edificari xpc. Accendunt carbones desolatorii. ut
deiciant quod male fuerat edificatum: & desolato loco accedat
structura felicitatis perpetue. Videte ergo: quare dicti sunt
carbones. Quia qui se conuertunt ad dominum: de mortuis reuiui
scunt. Carbones autem quando accenduntur: ante quam accende
rentur extincti erant. Nam extincti carbones mortui dicun
tur: ardentes uiui apellantur. Exempla ergo multorum iniquorum
qui conuersi sunt ad dominum carbones dicti sunt. Audis homines mira
ri et dicere. ego illum noui quam ebriosus fuit. quam sceleratus.
qualis amator circi. aut amphiteatri. qualis fraudator.
modo quomodo deo seruit. Quam innocens factus est. Noli mi
rari carbonem uiuum gaudes: extinctum plangebas. Sed quando
laudas uiuum: si nosti laudare adhibe illum mortuo ut
accendatur. Idest quicumque adhuc piger est sequi dominum. admone
illum carbonem qui erat extinctus & habeto sagittam uerbi dei. & car
bonem uastatorem. ut occurras labiis iniquis. & lingue subdole.
Quid sequitur? Accepto iste sagittas ardentes: accipiat
& carbones uastatores. Iam repellit linguam subdolam &
labia iniqua. Iam ascendit gradum incipit proficere: sed adhuc

uiuit inter malos. inter iniquos. Nondū ē area uen
tilata : purgata q̄ triticū factum ē. Numquid iam in horreo ē?
Adhuc necesse ē multa palea p̄mat. et q̄ntū p̄ficit. tantum
uidet maiora scandala in p̄plo. Nam si non p̄ficiat : nō uid;
iniquitates, Si n̄ sit uere xp̄ian⁹ : n̄ uid; fictos, Et eni fr̄s &
de illa similitudine hoc nos docet dn̄s : de tritico & ziza
niis. Cū aūt creuisset herba & fructū fecisset : tunc apparuer̄
et zizania. Id est q̄a nulli hominū apparent mali : nisi fact⁹
fuerit ip̄e bon⁹, Quia cum creuisset herba et fructū fecisset :
tunc apparuer̄ zizania. Iam ḡ iste cepit p̄ficere. & cepit uidē
malos, & multa mala q̄ ante non nouerat : & clamat ad dn̄m,
Heu me : quod incolatus meus longinquus factus ē.
M[illegible] ad te recessit peregrinatio mea. facta ē longinq̄ : q̄a nō dū
ueni in patriam illam. ubi cū nullo malo uicturus sum : non
dum ad illam societatē angelorū. ubi scandala non timebo.
Quare aūt non dum ibi sum? Quia incolat⁹ meus longinquus
factus est. Incolatus : peregrinatio ē. Incola dicit̄ q̄ habi
tat in t̄ra aliena; non in ciuitate sua. Longinquus in
quit factus ē. p̄longat⁹ incolat⁹ m̄s, Et ubi longinquus?
Aliq̄ndo fr̄s mei cum peregrinat̄ homo inter meliores uiuit : q̄m
in patria sua forte uiueret, Set non sic ē. q̄ndo de illa ih̄rl̄m
celesti peregrinam̄. Mutat eni homo patriā : & aliq̄ndo illi de peregrina
tione bene est : inuenit amicos fideles peregrinando. quos in

patriam inuenire non potuit. Inimicos habuit. ut de patria pelleretur et peregrinaretur: inuenit quod non habebat in patria. Non sic est patria illa ierusalem: ubi omnes boni. Quicumque inde peregrinatur: inter malos est. Nec recedere a malis potest. nisi cum redierit ad societatem angelorum: ut ibi sit unde peregrinatur. ubi omnes sancti et iusti. qui fruuntur uerbo dei sine lectione: sine litteris. Quod nobis enim per paginam scriptum est: per faciem dei illi cernunt. Ergo qualis patria? Magna patria. Et miseri sunt peregrini: ab illa patria. Sed quid ait iste? Longinqua facta est peregrinatio mea. Maxime eorum uox est. id est ipsius ecclesie que laborat in hac terra. Illius uox est que clamat a finibus terre. in alio loco psalmi dicens, A finibus terre ad te clamaui. Quis itaque clamat a finibus terre? Nec ego. nec tu. nec ille. sed a finibus terre ipsa clamat sola ecclesia: tota hereditas Christi. Quia ecclesia hereditas eius: et de ecclesia dictum est. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre, Si ergo possessio Christi usque ad fines terre. et possessio Christi homines sancti: et omnes sancti unus homo in Christo. quia unitas sancta in Christo est: ipse unus homo dicit. A finibus terre ad te clamaui: cum angeretur cor meum. Huius ergo hominis longinqua peregrinatio: facta est. inter malos. Et tamquam diceretur illi. cum quibus habitas ergo ut gemas? Peregrinatio mea longinqua facta est, Sed quid. si cum bonis esset? Si cum bonis esset?

non diceret heu. heu me: uox ē miserie. & uox ē calami
tatis & infelicitatis. s; tam in spe: qui tam uel gemere didicit.
Multi enim & miseri sunt & nō gemunt: & peregrinantur &
redire nolunt. Iste tamen uolens redire: cognoscit infelicitatē
peregrinationis suę. Quia cognouit illam redit: & ascendere
incipit. quia canticum graduum cepit cantare. Ubi ergo gemit.
Et inter quos inhabitat. In habitaui cum habita
tibus cedar. Verbum quod hebreum ē: procul dubio non in
tellexistis. Quid est inhabitaui cum tabernaculis cedar.
Cedar quantum meminimus ex interpretatione nominum heb
reorum: tenebras significat. Interpretatum cedar: latine
tenebre dicuntur. Nostis autem duos filios habuisse abrahā.
quos commemorat quidem apostolus: & ad synagogę christianorum testam
torum esse dicit. Unus ex ancilla erat alter de libera. Ex ancil
la: ysmael erat. De libera autem quem suscepit ex desperatione
tione per fidem: ysaac erat. Uterque ex semine abrahe: sed
non uterque heres abrahe. De abrahā natus uterque est; tamen non
hereditat. Alter est heres: non solum filius sed heres. In
ysmael sunt omnes: qui carnaliter colunt deum. Ad ipsos enim:
& uetus testamentum pertinet. Quia sic dicit apostolus. Sub lege
uolentes esse. legem non audistis: Scriptum est enim: quoniam
abraham duos filios habuit. Unum de ancilla: & unum
de libera. que sunt in allegoria. Hec sunt duo testamenta.

Que sunt duo testamenta? Unum uetus: et alterum nouum.
Vetus testamentum a deo. et nouum testamentum a deo: quomodo
de abraham et ysmael et isaac. Sed ismael ad terrenum:
ysaac ad celeste regnum. Ideo uetus promissiones habet
terrenas: terrenam ierusalem: terram palestinam. regnum
terrenum. salutem terrenam. hostium subiugationem. habun
dantiam filiorum: fecunditatem frugum. Omnia ista pro
missiones terrene sunt: in figura spiritaliter intelliguntur.
quomodo ierusalem terrena umbra erat regni celestis: et regnum
terrenum umbra erat regni celorum. Ismael in umbra:
ysaac in luce. Ismael in tenebris: isaac in luce. Quicumque
hic etiam in ecclesia terrenam felicitatem querunt a deo: ad
huc ad ismahel pertinent. Ipsi sunt qui contradicunt spiri
talibus proficientibus et detrahunt illis, et habent labia ini
qua: et linguas subdolas. Contra quos rogauit iste ascen
dens et appositi sunt ei carbones desolatorii: et sagitte poten
tis acute. Inter illos enim adhuc uiuit: donec tota area
uentiletur. Ideo dicit: inhabitaui cum tabernaculis cedar. Nam
et ipsa tabernacula ysmael: cedar dicta sunt. Sic habet liber
geneseos. Sic habet: quod cedar ad ismahel pertinet. Ergo
ysaac cum ismahel. id est qui pertinent ad isaac: inter
illos uiuunt qui pertinent ad ysmahel. Isti sursum uolunt
ascendere: illi deorsum uolunt premere. Isti uolare uolunt

ad c[illegible] tu: illi conant̄ pentrat euellere. Namq; apud apl̄m: ita dicit̄. S; sic tunc q̄ secl̄m carnem natus erat psequebat̄ eum qui secl̄m sp̄m: ita 7 nunc. Spiritales g̊ psecutiones patiunt̄ a carnalib;. Sed q̄d dic̄ scriptura.
Eice ancillam: 7 filiu ei. Non eni heres erit filius ancille: cum filio m̄o ysaac. S; hoc q̄d dic̄ eice q̄ndo erit. Quando area cepit uentilari. Modo aut̄ quousq; eiciat̄. heu me quod incolatus meus longinquus factus est: in habitatu cu tabernaclis cedar. Exposuit nob̄ qui sunt isti: q̄ ptinent ad tabnacula cedar. Multum pegrinata ē aīa mea.
Ne peregrinatione corporalem intelligeres: anima dix pegrinati. Corpus pegrinat̄ locis: anima pegrinat̄ affectibus.
Si amaueris t̄ram: pegrinaris adeo. Si amaueris deum: ascendens ad eum. In caritate dei 7 pximi exercem̄: ut red deamus ad karitat̄. Si cadamus in t̄ra: marcescim̄ 7 putresci mus. Iste aut̄ q̄ ceciderat 7 descensus ē ad eū ut ascenderet. intendens t̄pus peregrinationis sue. dix se peregrinari tabnaclis cedar.
Quare. Quia multū peregrinata ē aīa m̄a. Ibi pegrinatur: ibi ascendit. Nō corpe pegrinat̄. nō corpe ascendit. S; ubi ascendit. Ascensiones inq̄d in corde. Si g̊ ascendit in corde ñ ascendit p ascensione cordis ñ anima que pegrinat̄. S; donec pueniat multū pegrinata est aīa m̄a. Ubi. In tabnaclis cedar. Cum his q̄ oderunt pacē eram pacific̄. Verū ut audi

atis fratres carissimi. non poteritis probare quam uera cante-
tis. nisi ceperitis facere quod cantatis. Quantumlibet illud
dicam. quomodolibet exponam: qualibuscumque tibi uer-
sem: non intrat in cor eius: in quo non est opus eius. Incipite
agere: et uidete quid loquamur. Tunc ad singula uerba lacri-
me profluunt: tunc psalmus cantatur: et fit corde quod in psalmo
cantatur. Quia multi enim sonant uoce: et corde muti sunt. nota de can-
quam multi cantant labiis. et non clamant affectu. Ita toribus
ad cor hominis aures dei sunt. Sicut aures corporis ad os ho-
minis: sic cor hominis ad aures dei. Multi clauso ore exau-
diuntur: et multi in magnis clamoribus non audiuntur. Affecti-
bus orare debemus et dicere. Multum peregrinata est anima mea,
cum his qui oderunt pacem: eram pacificus. Quid enim aliud
dicimus istis hereticis. nisi cognoscite pacem. amate pacem?
Iustos uos dicitis. Si iusti essetis: inter paleam grana
gemeretis. Nam quia sunt grana in catholica: et uera
grana sunt: ideo tolerant paleam. donec uentiletur area:
quia inter paleas clamant. Heu me. quod incolatus meus longin-
quus factus est. Inhabitaui cum tabernaculis cedar. Inhabitaui
inquid cum paleis. Sed quomodo de palea multi fiunt exti:
sic de cedar tenebre. Inhabitaui cum tabernaculis cedar: mul-
tum peregrinata est anima mea. Frumentorum
uox est: inter paleas gementium.

Haec loquuntur illis qui oderunt pacem. Et dicimus. Cum
eis qui oderunt pacem: eram pacificus. Qui sunt qui oderunt
pacem? Qui conscindunt unitatem. Si enim pacem
odissent: in unitate mansissent. Sed videlicet
Africa se separaverunt ut iusti essent: ut non haberent mi-
xtos iniustos. Aut nostra est ista vox: aut illorum. Eligi-
te cuius sit, Catholica dicit. Non est dimittenda unitas. non
est praecidenda ecclesia dei. Iudicabit deus malos et bonos post-
ea. Si nunc mali a bonis separari non possunt. feren-
di sunt ad tempus, Mali in area nobiscum esse possunt, in
horreo non possunt. Et forte hodie qui mali apparent:
cras boni erunt. Et qui hodie bonitate superbiunt: cras
mali inveniuntur. Quisquis ergo humiliter malos ad tempus
fert: ipse pervenit ad requiem sempiternam. Haec vox catholica
est, Illorum autem vox qualis est? Non intelligentium
neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant: Ne tangas
in immundum. Et qui tetigerit in immundum: inquina-
bitur. Separemus nos ne consociemur malis. Et nos illis.
Amate pacem: diligite unitatem. Nescitis quam
multis bonis separamini: dum quasi malis calum-
niamini. Irascuntur. saeviunt. Quia ista dicimus, Nam quaer-
unt mortificare nos. Apparuerunt saepe impetus eorum: apparu-
erunt insidiae. Et ergo inter insidias illorum vivimus: et quibus

dicimus amate pacē: aduersant̄ nb. Nonne uox ista nr̄a ē.
cū his q̄ odant pacē erā pacificus? Cū loquerer illis:
inpugnabant me gratis. Quid ē enī fr̄s debellabant
me? Parū erat: si nō adderet gratis. Quib' dicimus pacē
amate. Xp̄m amate. numq̄d dicim' honorate nos? Sȝ ho
norate xp̄m. Nos nolum' honorari: sȝ illū. Nā nos quid
sumus? Audi paulū ap̄lm: q̄ tam̄ dicebat illis paruul'
quos mali hōies ⁊ mali suasores p̄cidere ab unitate in scis
mata uolebant. Quid eis dicebat ille? Numq̄d paulus
p̄ uob' crucifix' ē. aut in nōie pauli baptizati estis?
Hoc et nos dicim'. Amate pacē. amate xp̄m. Cū ergo Si enī amatis pacem: amatis xp̄m;
dicim' amate pacem: hoc dicim' amate xp̄m, Quare?
Quia de xp̄o ait ap̄ls. Ipse ē enī pax nr̄a: qui fec̄ utraq;
unum, Si ergo xp̄c ideo pax q̄r fec̄ utraq; unum. q̄re
uos de uno fecistis duos? Quom̄ ḡ pacifici estis? Ut
cum xp̄c faciat unū de duob'. uos faciatis de uno du
os? Sȝ q̄ra h̄ dicim': cū his q̄ oderant pacē sum' pacifi
ci. Et tam̄ illi q̄ oderunt pacem. cum loquerem̄ eis:
debellabant nos gratis, Explic̄. de psalmo centesimo
nono decimo, Incipit de psalmo centesimo uicesimo;

Sequitur iste psalmus: cui quor' titulus est
canticū gradū. Plures enī sunt significan
tes. ut iā in p̄mo eorū audistis ascensū nostrū

qui fit in corde ad dn͞m: in conualle plorationis. id est
ab humilitate contribulationis. Ascensus enim nobis
utilis non potest ee͞. nisi primo humilitati a conualle nobis
ascendendum ee͞ meminimus. Conuallis enim: terre locus
est depressus. Sicut loca terre alta montes et colles:
ita conuallis locus humilis. Ne dum preripere et prepos
tere querimus exaltari: non ascendamus sed ruamus. Docuit
aut̄ ipse dn͞s a conualle plorationis ascendendum: qui pro nobis
humiliari usque ad mortem crucis: et pati dignatus est.
Hoc exemplum nobis reliquamus. Istam conuallem plorationis:
mires intellexeri. Unde intellexeri? Unde? Quia et ipsi
de conualle plorationis ut coronarentur: ascenderunt. Con
gruit et hodierno diei: psalmus iste canticum graduum.
De illis enim dictum est. Euntes ibant et flebant: mitten
tes semina sua. Hec est conuallis plorationis: ubi aflen
tibus mittuntur semina. Que sunt semina aut̄? Bona opera in
ista tribulatione terrena. Qui bene operatur in conualle plora
tionis: similis hominum seminanti per hiemem est. Numquid
frigore ab opere deterretur? Sic pressuris mundi non debemus
a bono opere deterreri. Quia uides quod sequitur. Euntes inquid ibant
et flebant: mittentes semina sua. Ualde miseri:
si semper flebant. Ualde miseri: si numquam de lacrimis
leuandi. Sed uide quod sequitur. Uenientes aut̄ uenient in

exultatione: portantes gremia sua, Nichil aliud istis
canticis docemur fratres: quam ascendere, Sed ascendere in corde.
in affectu bono. in fide. et spe. et caritate. in desiderio perpe
tuitatis et uite eterne: sic ascenditur, Congruit nos
dicere: quomodo ascendendum sit, Quanta tribulatio dic
ta de euangelio audiuit caritas uestra? Uidetis certe:
quia hora domini sicut fur in nocte ita ueniet, Si sciret
inquid pater familias qua hora fur ueniret. amen dico
uobis quia non pateretur perfodiri parietem suum. Uigilat ergo modo.
Quis ergo nouit. qua hora ueniat? Qua hora? Sicut fur
erit. Nescis qua hora ueniat? Semper inuigila. Quia
ut quod nescis quando ueniat: paratum te inueniat cum
uenerit. Et ad hoc forte nescis quando uenturus est:
ut semper paratus sis, Illum enim patrem familias
subito occupabit hora illa: qui pater familias superbus
significatus est. Noli uelle esse pater familias: et non te
subito illa hora occupabit. Et quid ero inquis? Qualem
audisti de psalmo. Pauper et dolens ego sum, Si enim
pauper et dolens eris. non eris pater familias: quem illa
hora subito inueniet: et subito perimet. Patres fami
lias enim sunt illi. qui praesumentes de cupiditatibus suis et
in deliciis huius seculi defluentes: tument et eriguntur
ad uersus humiles. et insultant sanctis intelligentibus

angustam uiam que ducit ad uitam. Talib' eni ueniet
hora illa ſubito. ꝯtra taleſ erant indieb' noe. Quoꝝ
dieꝝ comemoratione. audiſtiſ factam in euuglio. Sic
erit aduent' filij hominiſ inq̄d. quom̄ indiebuſ noe,
Manducabant. bibebant. nubebant. uxoreſ ducebant.
nouelabant. edificabant. donec introiit noe in arcā.
et uenit diluuiū. et pdidit omſ. Quid ergo. Omſ pibūt.
qui iſta faciunt. Qui nubunt. q̄ uxoreſ ducunt. q̄ noue
lant. q̄ edificant. Non. ſ; q̄ iſta pferunt deo. ſed qui
ꝑpt hec offendē deum cito parati ſunt. At ū q̄ iſtis oīb'
aut ñ utunt᷑. aut utunt᷑ tanq̄m non utenteſ. pluſ pre
ſumenteſ de illo q̄ dedit. q̄m de hiſ que data ſunt. & in
telligenteſ in hiſ ei' ꝯſolatione ⁊ miſericordiā. et ñ occupa
ti donis ne a donatore ruerent. q̄ taleſ ſunt. non inue
niet imparatoſ hora illa ſic̄ fur. Talib' dicit aplſ. Voſ aūt
non eſtiſ in tenebriſ. ut dieſ ille uoſ tanq̄m fur ꝯphen
dat, Omſ eni uoſ filij luciſ eſtis. et filij diei. Ideo dnſ
cum diceret timendā ēē horā ſic̄ furem. noctem po
ſuit. Et aplſ ait. qr̄ hora dn̄i ſic̄ fur in nocte. ita ue
niet. Non uiſ ut te inueniat. Noli ēē in nocte. Quid
eſt noli ēē in nocte. Filij luciſ eſtiſ. et filij diei. non
ſum' noctiſ. neq; tenebraꝝ. Qui ſt̄ filij tenebrarum
et noctis. Iniq̄ et impij. et infideleſ. S; ⁊ ipſi audiant.

ante quam ueniat hora. et dicat illis apostolus. Fuistis
aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Sic iste
psalmus habet: euangelium. Iam inluminati sunt montes.
Quid adhuc dormiunt? Leuent oclos suos in
montes: unde ueniet auxilium illis. Quid est. iam inlu
minati sunt montes? Iam ortus est sol iustitie. Iam ab
apostolis predicatum est euangelium: predicate sunt scripture. patuerunt
omnia sacramenta. Conscissum est uelum: patuit secre
tum templi. Iam tandem leuent oclos in montes:
unde ueniet auxilium illis. Hoc enim precepit iste psal
mus: sed de his qui inscribuntur canticum graduum;
Sed non rursum presumant de montibus. quia et ipsi montes
non a se lucent: sed ab illo lucent de quo dictum est.
Erat lumen uerum: quod inluminat omnem hominem ue
nientem in hunc mundum. Montes intelligi possunt
homines magni. homines clari. Et magnus est iohannes
baptista? Qualis ille mons erat de quo ipse dominus dicit.
in natis mulierum nemo exurrexit maior iohanne bap
tista? Uides certe istum magnum montem lucentem:
audi confitentem? Quid confitentem? Nos omnes in
quid: de plenitudine eius accepimus. De eius plenitudine
ergo acceperunt montes: ab illo est ubi auxilium non
a montibus. In quos tamen nisi leuaueris oclos. per

scripturas non admoneberis: ut ab illo inlumineris.
Caute ergo quod sequitur: si uis audire ut firmissime po
nas pedes in gradibus. Ne in illa ascensione aut fati
geris. aut lapsus cadas. dic quod sequitur: N· edes
admouendum pedem meum, Unde mouentur pedes?
Unde motus est pes illi qui erat in paradiso. Sed prius adtende
unde motus est pes illi qui erat inter angelos. et moto pe
de cecidit: et de angelo factus est diabolus, Moto pede
cecidit. Quere unde cecidit. Superbia cecidit. Non ergo
mouet pedem: nisi superbia. Attamen non mouet pedem:
nisi superbia. Ad ambulandum et proficiendum: caritas mo
uet pedem. Ad cadendum: superbia mouet. Ideo et ille
quid dicit in psalmo? Filii hominum autem: sub teg
mine alarum tuarum sperabunt, Si sub tegmine. semper
humiles: semper de deo sperantes semper non de se presumen
tes, Sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Non enim
a se iactantur: ut ibi sint. Sed quid sequitur? Inebriabuntur
ab ubertate domus tue: et torrente deliciarum tuarum pota
bis eos. Ecce sitientes: ecce inebriati, Ecce sitiunt ecce
bibunt: sed non a se bibunt: nec ipsi sibi sunt fons. Sed
unde bibunt? Sub tegmine alarum tuarum sperabunt.
Sub alis humiles sunt. Quare? Quia apud te inquid: fons
uite. Non ergo a se irrigantur montes: sic a se non in lumi

navit montes. Nam vide quid sequitur: In lumine tuo
videbimus lumen. Si ergo in lumine ipsius videbimus lumen.
quis cadit a lumine nisi cui ipse non est lumen. et voluerit
sibi esse lumen? Ipse cadit a lumine: quo illuminatur.
Ideo sciens non cadere nisi eum qui sibi vult nocere. luce cum
sit ipse tenebre: statim subiecit. Non veniat mihi pes
superbie: et manus peccatorum non moveat me. Id est imita
tio peccatorum non moveat me: ut cadam a te. Quare ti
muisti et dixisti. non veniat mihi pes superbie? Sequitur.
Ibi ceciderunt: qui operantur iniquitatem. Quos modo vides
operari iniquitatem: iam damnati sunt. Sed ut dampna
rentur. ibi ceciderunt: cum illis venit pes superbie.
Recte ergo iste audiens ut ascendat et non cadat. ut
in convalle plorationis proficiat. non in tumore superbie de
ficiat: ait deo, Ne des ad movendum pedem meum.
Et dicit illi, Neque dormitet: qui custodit te. Intendat
caritas vestra. Quasi una sententia facta est: ex duabus
vocibus. Homo dixit ascendens. et cantans canticum
graduum: ne des ad movendum pedem meum, Et dicitur
tamquam dicenti. ne des ad movendum pedem meum dicis mihi?
Adde. Neque dormitet qui custodit te: et non movebitur pes
tuus. Dixerat autem ille. Numquid in potestate mea est
ut non dormitet qui custodit me? Volo ut non dormiat:

neq; dormitet. Ergo illum tibi elige: qui non dormit neq;
dormitabit: et non movebitur pes tuus. Deus nunquam
est dormiens. Si vis habere custodem non dormientem:
illum elige custodem. Non des ad movendum pedem tuum
dicis tu. Quem? Obtime. Si; et ille dicit tibi. Neq; dormitet:
qui custodit te. Tu forte conversurus te eras ad homines custodes:
et dicturus. Quem sum inventurus non dormientem?
Quis homo non dormitabit? Quem invenio? Quo ibo?
Quo revertar? Ille tibi ostendet. Ecce non dormitabit
neq; dormiet: qui custodit israel. Vis habere ergo custodem
non dormientem neq; dormitantem? Ecce non dormiet
neq; dormitabit: qui custodit israel. Christus enim custodit israel.
Esto ergo israel. Quis est israel? Interpretatur homo videns deum.
Et quomodo videt deum? Primo per fidem: postea per speciem. Si per
speciem nondum potes: per fidem vide. Si in eius faciem videre
non potes. quoniam non ibi species: posteriora eius vide. Hoc dic
tum est moysi a deo. Non potes videre faciem meam: posteri
ora mea videbis cum transiero. Expectas forte ut transeat: iam
transiit. Tu vide posteriora ipsius. Ubi transiit? Audi iohannem.
Cum venisset inquit hora: ut transiret de mundo ad patrem.
Dominus noster ihesus christus: iam fecit pascha. Pascha autem: transitus
interpretatur. Nam verbum est hebreum. et putant homi
nes grecum esse quasi passionem: sed non est. A diligentioribus

et doctoribus inventum est. quia pascha hebreum verbum
est. et non interpretatur passionem sed transitum. Per pas
sionem enim transiit dominus a morte ad vitam. et fecit
nobis viam credentibus in resurrectionem eius. ut transeamus et nos
de morte ad vitam. Non magnum est credere. quia mortuus est
christus. Hoc pagani et iudei. et omnes iniqui credunt. Hoc autem
omnes credunt. quia mortuus est. Fides christianorum. resurrec
tio christi est. Hoc pro magno habemus. quia credimus resurrexis
se. Ergo tunc se voluit videri. cum transiret. hoc est cum
resurrexisset. Tunc ipse voluit credi cum transiret. quia
traditus est propter delicta nostra. et resurrexit propter iustificatio
nem nostram. Et ipsam fidem. in resurrectione christi maxime
commendavit apostolus. Ait enim. Si credideris in corde tuo quod
deus illum suscitavit a mortuis. salvus eris. Non dixit
si credideris quia mortuus est christus quod et pagani et iudei et
inimici omnes crediderunt. sed ait. Si credideris in cor
de tuo quod deus illum suscitavit a mortuis. salvus eris.
Hoc credere. hoc est esse transire. hoc est videre dominum. Quamvis adhuc
posteriora eius. tamen cum credideris in posteriora. pervenies ad
visionem faciei. Quid est hoc. Cum credideris in id quod postea
propter te factus est christus. cum credideris in id quod propter te suscepit
christus. Nam in primo facies eius que est. In principio erat verbum.
et verbum erat apud deum. et deus erat verbum. Posteriora eius

que sunt ē. Et uerbum caro factum est: et habita
uit in nobis. Cum ergo credis in hoc quod propter te factum est
uerbum. et resurrexit in carne: ne tua carne desperes.
efficeris israhel. Factus autem israhel cum fueris: non dormita
bit neque obdormiet qui custodit te: quia iam israhel es. Et audisti
in psalmo. Ecce non dormitabit neque obdormiet: qui
custodit israhel. Christus enim ipse dormitauit: sed resurrexit
Quid enim ait ipse in psalmo? Ego dormiui: et somnum
cepi. Numquid remansit in somno? Exsurrexi inquid: quia
dominus suscepit me. Si ergo iam surrexit: iam transiit. Si iam
transiit: uide posteriora eius. Quid est posteriora eius? Crede in
resurrectione eius, Quod ait apostolus: et si crucifixus est ex infir
mitate. sed uiuit in uirtute dei: et iterum ait. Christus resur
gens a mortuis iam non moritur. et mors ei ultra non dominabitur:
recte ergo cantatur. ecce non dormitabit neque dormiet: qui custo
dit israhel. Adhuc forte queris carnali sensu. quis est qui non dor
mitauit neque dormiet: et cum queris inter homines falle
ris. nusquam inuenturus es. Noli ergo presumere de quoquam homine,
Omnis homo dormit: et dormitauit, Quando dormitat?
Cum portat carnem infirmitatis. Quando dormiet? Cum
fuerit mortuus. Noli ergo presumere de homine. Potest dormita
re mortalis: dormit moriens, Noli querere inter homines,
Et quis inquis custodit me? Quis non dormitat. neque dormiet?

Audi quid sequitur. Dominus custodiet te. Non ergo homo
dormitans et dormiens: sed dominus custodit te. Quomodo
te custodit? Dominus tegimentum tuum super manum dextere
tue. Iterum fratres intelligamus adiuvante domino: quod sibi ve-
lit. Dominus tegimentum tuum super manum dextere tue. Videtur enim
mihi habere sensum occultum. Quare non dixerit dominus custodit te
absolute et simpliciter: sed addit super manum dextere tue. Quid
enim? Dextram nostram deus custodit, et sinistram nostram non custo-
dit? Nonne ipse nos totos fecit? Nonne qui fecit nobis
dextram, ipse fecit et sinistram? Postremo si placuit dici
de dextra sola quare dixit super manum dextere tue et non
iam super dextram tuam? Cur hoc diceret, nisi aliquid hic occul-
tum quo pulsando perveniremus absconderet? Diceret enim
aut dominus custodiet te et nichil adderet. aut si dextram
addere voluit dominus custodit te, super dextram tuam: aut cer-
te quia addidit manum hoc diceret. dominus custodit te super
manum dextram tuam: non super manum dextere tue. Quod dominus
ipse suggerere dignatur per nos vobis. Qui et in vobis habi-
tat: et sine dubio facit vos probare verum esse quod dico. Nam
quod dicturi sumus ignoratis. sed cum dixerimus non ab ipsis
nobis vobis ostendimus verum esse quod dicimus: sed vos ipsi agnosce-
tis verum esse quod dicimus. Unde autem agnoscetis, nisi demon-
strante illo qui in vobis habitat? Quantum de illo numero

estis quorum uox est ne des ad mouendum pedem nostrum.
Et quibus dicitur neque dormitet qui custodit te: oportet enim ut
xpc non dormiat in uobis. et modo intelligetur uerum esse
quod dicimus. Quomodo inquies? Quia et si dormit et fides uestra:
dormit xpc in uobis. Xpc enim in corde uestro: fides xpi est. Dicit
apostolus habitare xpm per fidem in cordibus uestris. In quo ergo non dormit
fides: uigilat xpc. Et si forte dormiebat fides tua: et ideo
in ista questione fluctuabas quasi nauis illa que tempestatem
patiebatur: ubi xpc dormiebat. Excita xpm: et sedabuntur
tempestates. Fidem ergo uestram interrogo. karissimi quoniam filii estis ecclesie.
et in ecclesia profecistis. interrogo inquam uos. quod soletis intelli
gere quod dictum est in euangelio. nesciat sinistra tua quod faciat
dextra tua? hoc enim intellecto. inuenietis que sit dextra: et que
sit sinistra. Simul intelligetis. et utramque partem deum fecisse:
et dextram et sinistram. Et tamen non debet scire sinistra: quod faciat
dextra tua. Sinistra nostra dicitur: quicquid temporaliter habemus. dextra nostra dicitur:
quicquid nobis eternum et incommutabile dominus pollicetur. Si autem ille qui
dabit uitam eternam ipse et de ipsis temporalibus consolatur: presentem
uitam ipse fecit. Dextram et sinistram dicit: de quibus dicit
psalmus apud dauid. Quorum os locutum est uanitatem: et dex
tera eorum dextera iniquitatis. Inuenit ergo quosdam quos re
prehendit. qui dextram ueram pro sinistra habebant: et ueram sinis
tram dextram sibi fecerunt. Qui sunt isti: exponit consequenter.

Omnis homo q̄ felicitatem non putat ee͂ hominū sola͂. ń in
istis tēporalib' facultatib; et delicijs. et affluentia et copia mū
ndi hui'. iste ē stultus atq; puersus q̄ sinistrā fac̄ sibi dextam,
Tales illi erant: de q̄b' dicit psalm'. Non q̄r adeo non acceperi
etiā q̄ temporalit̄ possidebant: s; q̄a ipsā solam putabant ee͂
beatā uitā. et nichil aliud reqirebant. Audite enī: q̄d de illis
ↄsequent̄ dic̄. Quoꝝ os locutū ē uanitatem: et dext̄a eoꝝ dex
tera iniq̄tatis, et sequit̄. Quoꝝ filij eoꝝ uelut nouelle ↄstabili
te filie eoꝝ ornate sic̄ similitudo tēpli. Cellaria eoꝝ plena eruc
tantia ex hoc in hoc. Oues eoꝝ fecunde: multiplicantes in exitib'
suis: boues eoꝝ crasse. Non ē ruina sepis. nec exit': neq; clamor
in plateis eoꝝ. Magnā felicitatē quorundā descripsit. Posset
tam̄ felicitatem istam ut aliquis iust' habe͂: sic̄ habuit iob. Sed
iob p sinistra illam habebat: non p dext̄a. Nam dextam
non habebat ń apd̄ dm̄: perpetuā et sempitnā felicitatem.
Ideo ↄcessa est. percucienda sinistra: et sufficeret ei dext̄a. Quom̄
pcussa est. sinistra: temptatiōib' diaboli. Abstulit subito diabo
lus pmissus q̄dem adeo ut iust' pbaret̄. impi' puniret̄: abstu
lit omnia, s; iob q̄ nouerat sinistrā non ń sinistrā ee͂: et
dextam non ń dextam: quom̄ se tenuit ad dextam et
exultauit in dno: consolat' est dapna: q̄r nō ē passus dap
num. de intiorib; diuitijs. deo plenū cor habebat. Dns
in q̄d dedit. dns abstulit. sic̄ dno placuit ita factū est

explanatio Psalmi 142 qui incipit Benedictus dominus deus meus [illegible]

sit nomen benedictum domini. Hec erat dextera ipsius: ipse dominus
ipsa uita eterna. illa lucis possessio. fons uite. lumen in lumine.
Inebriabuntur ab ubertate domus tue. Ipsa erat dex
tera. Sinistra uero erat pro adiutorio consolationis. non ad fir
mamentum felicitatis. Nam felicitas eius atque germana: deus
erat. Isti autem de quibus dicit dauid quia os eorum locutum est uani
tatem. et dextera eorum. dextera iniquitatis: non hinc eos repre
hendit quia his omnibus habundabant. sed quia os eorum locutum
est uanitatem. Quid enim sequitur? Cum enumerasset copias
ipsorum: ait. Beatum dixerunt populum: cui hec sunt. Hec
est uanitas quod locutum est os eorum: quod beatum dixerunt populum cui
hec sunt. Tu quid dicis qui nosti quid est sinistra. et quid est dextera?
Dextera sequitur: et dicit. Beatus populus: cuius est dominus deus ipsius. Inten
dat caritas uestra. Vidimus sinistram: uidimus dexteram. Audi
hoc confirmatum: in canticis canticorum. Sinistra eius in
quo: sub capite meo. Sponsa dicit de sponso: de christo ecclesia.
in amplexu pietatis et caritatis. Quid ait? Sinistra eius sub
capite meo: et dextera illius complectetur me. Quid autem quia sursum
erat dextera. deorsum sinistra? Et si complectebatur sponsus spon
sam. sub ponens sinistram ad consolationem: inponens dexteram
ad protectionem. Sinistra in quo eius: sub capite meo. Deus illam
dat. Ideo sinistra eius: quia omnia ista temporalia deus dat.
Quam uani sunt quoniam impii qui ab idolis. a demonibus ista pe

explanatio illius
loci cant. canticorum
Sinistra eius sub ca
pite meo. et dexte
ra illius ample
xabitur me.

tunt. Quam multi a demonibus ista petunt. et non illa habent. Et rursus quam illa non petunt a demonibus: habent ea. Sed non a demonibus ista dantur. Item multi petunt a deo: et non habent. Novit enim ille dispensare sinistram: quam no cat ad dextram. Ergo si est sinistra sit sinistra sed sub capite sit. Supra illam sit caput tuum: id est super illam sit fides tua. ubi habitat christus. Noli temporalia preponere fidei tue: et non erit sinistra super caput tuum. Sed omnia temporalia sub de fidei tue. et fidem preponere omnibus temporalibus: et erit sinistra sub capite tuo. et recte dextra eius complectetur te.

Audi hoc ipsum exponi in proverbiis: quid est sinistra ipsa. quid est dextra. Cum de sapientia diceretur. longitudo enim dierum et anni vite in dextra eius: in sinistra autem divitie et gloria; Longitudo illa dierum: eternitas est. Hoc enim proprio modo dicit scriptura longum: quod eternum est. Nam quicquid finem habet: breve est. Alio loco. Longitudine dierum replebo eum; Et numquid aliter pro magno diceretur honora patrem tuum et matrem tuam ut longevus sis super terram. Super quam enim terram nisi de qua dicit spes mea es tu portio mea in terra viventium. Ibi est longevum quod est: nisi ibi vivere in eternum. Nam esse hic longevum quid est. nisi usque ad senectutem pervenire. Et si longa videatur etas: cum pervenit invenitur brevis. quia finitur. Et multi maledicentes parentibus suis. senescunt in hac terra: multi autem obsequentes

Expositio cuiusdam proverbii super dexteram et sinistram.

parentib' cito eunt ad dnm. Numqd g impleantur ut longe
uus sit. sedm hanc uitã. S; longeuũ pennitate illa po
situ ẽ. Longeuitas ẽ. in dextra ei'. at ũ diuitie 7 glia. id ẽ.
sufficientia uite hui': ea que bona existimant' ab homi
nib;. sinistra ẽ. Nescio qs uenit et uult pcutere dextrã.
id ẽ. tollere fidem tuã. tu accepisti alapam in dextram.
pbe sinistrã. Id ẽ ut illud tollat qd temporale ẽ. 7 non
ea que ẽtna habes. Audite paulũ apłm. hoc facientem;
H omines psequebant' in eo: qd xpian' erat. Percutiebant
illi dextrã. Ille sinistrã obponebat. Ciui romani sum: an
Dextram contempnebant: ille de sinistra terrebat. Quia illi dextrã
ei timere non poterant: non dum eni xpo crediderant. Quid
ergo? Si dextra amplectit': sinistra sub capite est. Quid ẽ. nes
ciat sinistra tua. qd faciat dextra tua? Id ẽ. qn facis opus
bonũ. ppt uitã ẽtnam fac. Nam si op' bonũ inter[...]
ppterea feceris. ut trena t habundent: sit sinistra tua
quid faciat dextra tua. Miscuisti dextram sinistre. Noli fac'.
ñ ppt uitã ẽtnã. Ideo fac: 7 secur' facis. Ad hoc eni teptauit
ds eum. Si ppt solas res humanas 7 solam uitã istã facis
qd facis: sinistra sola opat'. Si aut habes intentionẽ ad
uitã ẽtnam s; subrepit t cupiditas uite tẽporalis. ut ad
tendas etiã istam qn facis op' bonũ. ut hic t aliqd retri
buat': miscet se sinistra opib' dextre. hoc uetat ds. Veniam'

expositio illi'
nesciat sinistra
tua ei'

nunc ad illud: quod ait psalmus. Dominus tegumentum tuum:
super manum dextere tue. Manum potestatem dic, Unde probamus?
Quia et manus dei: potestas dei dicta est. Nam diabolus qui temptauit
iob: hoc ait domino. Mitte manum tuam et tange omnia que
habet: et uide si in faciem benedicet tibi. Quid est mitte ma
num tuam: nisi da potestatem? Euidentius audi fratres ne forte car
nali sensu adhuc cogites. quia membris distinctus est deus. Et ne
cogites quod deus membris distinctus sit: audi euidenter
quomodo dicatur manus potestas. Ait quodam loco: scriptura
diuina. Mors et uita: in manibus lingue. Nouimus
linguas frusta quedam carnis more mouentur. et percu
tiendo palatum et dentes: distinguunt sonos quibus loquimur;
Ostendatur mihi manus lingue. Lingua ergo non habet manus:
sed habet manus. Que sunt manus lingue? Potestas lingue.
Quid est mors et uita in manibus lingue? Ex ore tuo iusti
ficaberis: et ex ore tuo condempnaberis. Ergo si manus
potestas. quid est manus dextere? Nichil arbitror intelligi
congruentius. nisi ut intelligamus manum dextere potestatem
quam tibi dedit deus. ut si uelis donante deo ad dextram sis.
Erunt enim omnes impii ad sinistram: erunt autem omnes filii
boni ad dextram quibus dicetur. Uenite benedicti patris mei:
percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Ut
autem sis ad dexteram id est ut possis dei filius fieri: potestatem accepisti;

Nota

Quam potestatem? De qua dicit iohannes. Dedit eis potestatem
filios dei fieri. Unde accepisti hanc potestatem? Credentibus
in eum: in nomine eius. Si ergo credis: ipsa tibi potestas data est:
ut sis inter filios dei. Esse autem inter filios dei: hoc
est ad dexteram pertinere. Ergo fides tua manus dexterae tuae.
id est potestas quae tibi data est. ut sis inter filios dei: manus est
dexterae tuae. Sed quid valet ipsa potestas quam accepit homo.
nisi dominus protegat? Ecce credidit. iam ambulat in fide. infir
mus est: inter temptationes agitur. inter molestias. inter
carnales corruptiones. inter suggestiones cupiditatis.
inter versutias et laqueos inimici. Quid valet ergo qui habet
potestatem? Credidit maxime: ut sit inter filios dei. Ve homi
ni nisi et ipsam fidem dominus protegat: id est ut non te permittat
temptari super quam potes ferre. sic dicit apostolus. Fidelis deus qui non
vos permittet temptari: super quam potestis ferre. Ille ergo qui nos
non sinit temptari supra quam possumus ferre. quamvis tam
fideles simus. quamvis tam manus dexterae nostrae sit in nobis
protegit nos deus super manum dexterae nostrae. Non nobis sufficit
habere manum dexterae. nisi ille et ipsam manum dexterae protegat.
Ecce hoc de temptationibus dixi: intendite quod sequatur.
Protegit te dominus: super manum dexterae tuae. Dixi et quod
arbitror recognovistis. Si enim non recognovissetis. et de
scripturis non recognovissetis: non nocebit vestris intellec

tium uim in significaretis. Ergo qui intellexistis
frs: uidete qd sequitur. Quare protegat dns. et super
manum dexte. id est. et sup ipsam fidem in qua potestatem
accepimus esse inter filios dei: et esse ad dexteram. Quare op
ortet. ut protegat dns: Propter scandala. Unde sunt
scandala? De nobis timenda sunt. scandala. Quia et
duo sunt precepta: in quibus tota lex pendet et prophe. Dilectio
dei: et dilectio proximi. Ecclia propter [illegible] proximum diligitur. ds
autem propter dm. Unde intelligitur figurate dictus sol: in ec
clesia intelligitur figurate dicta luna. Quisquis potest er
rare ut aliud de deo credat quam oportet: non credat
patrem et filium et spm scm unius esse substantie. deceptus
est uersutia hereticorum: maxime arrianorum. Si aliquid
minus in filio. aut minus in spu sco quam in patre crediderit:
passus est [illegible] scandalum in deo. Quisquis rursum putauit ecclesiam
in una parte esse. et non eam cognouerit diffusam. toto orbe
terrarum: et crediderit eis qui dicunt ecce hic est xpc. ecce illic:
sic modo audistis cum euangelium legeretur. cum ille totum
orbem emerit: qui tantum precium dedit. ille tamquam in proxi
mo scandalizatur: a luna uritur. Quisquis ergo errat in ipsa sub
stantia ueritatis: a sole uritur. et per diem uritur. qui in ipsa
sapientia errat: de qua dictum est. Dies diei eructat uerbum.
Unde dicit et aplc. Spiritalibus spiritalia comparantes. Dies diei eructat uerbum.

spiritalibus spiritalia comparantes. Dies diei eructat uerbum.
Sapientiam loquimur inter perfectos. Quid est inter perfectos?
Quid est et nox nocti annuntiat scientiam? Paruulis predi
catur humilitas Christi. et caro Christi. et crucifixio Christi. Ista
ipsum est lac. quod sufficit paruulis. Et ideo non relinquuntur
in nocte paruuli. quia lucet et luna in nocte. id est per
carnem Christi predicatur ecclesia quia ipsa caro Christi caput est ecclesie.
Quisquis ibi non scandalizatur ecclesia de carne Christi. a luna non
uritur. Quisquis scandalizatur non fuit in ueritate illa
incommutabili et in [illegible] non isto sole quem nobis
cum uident musce et pecora. sed isto sole de quo dicunt
impii in fine. Quid nobis profuit superbia? Et diuitiarum
iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia. tamquam umbra.
Et cum ista dixissent. quid inquiunt? errauimus a uia ueritatis.
et iusticie lumen non luxit nobis. et sol non ortus est nobis.
Quisquis in ipsa sapientia non errat. non uritur a sole. Quisquis
in ecclesia et in carne domini et in his que pro nobis temporaliter gesta
sunt non errat. non uritur a luna. Omnis autem homo quicumque
iam crediderit in Christum. aut ibi errat. aut ibi errat. si
non in illo fit quod dictum est. Dominus tegumentum tuum. super ma
num dextere tue. Ideo enim cum dixisset. dominus tegumentum
tuum super manum dextere. quasi quesisset ille et dixisset. Iam
ecce est manus dextera mea. iam elegi credere in Christum. ecce

pi potestatem inter filios dei eẽ. Quid est qđ dñs tegumẽ
tum meũ est: adhuc sup̄. Id est sup manũ dextẽ mee:
Sequitur. Per diem sol non uret te: neq; luna ꝑ noctẽ.
Ad hoc igit̃ tegumentũ tuum est. sup manũ dextẽ tue. ut
non te urat sol ꝑ diem: neq; luna ꝑ noctẽ. Nam hic in
telligite frẽs: quia figurate dictum ẽ. Si eñ reuera so
lem uisibilem si cogitem̃ urit ꝑ diem. Numq̇d luna urit
ꝑ noctem? Sed q̃d est ustio? Scandalũ. Audi apłm dicentẽ.
Quis infirmatur: et ego non infirmor? Quis scandalizat̃.
et ego non uror? Per diem q̃ sol non uret te: neq; luna per
noctem. Quare? Quia dñs custodit te. ab omĩ malo. A scan
dalis in sole: et a scandalis in luna. Ab omĩ malo te custodi
at. Q. ẽ. tegumentũ tuũ sup manũ dextẽ tue: q̇ non dormit
neq; dormitauit. Ut aut̃ q̃m rem: Quia in temptationib; sum̃.
Dñs custodit te ab omni malo: custodiat animã tuã dñs; Et
iam in ipsa anima custodiet dñs introitũ tuũ. et exitum
tuũ: ex hoc nunc et usq; in sec̃lm. Non q̃si in corp̃ tuũ. Nam
in corpore perempti sunt mrẽs. Sed custodiet animã tuã dñs: q̃a
de anima non cesserunt mrẽs. Seuiebant ꝑsecutores in cris
pinã: cuĩ hodie natalitia celebram̃. Seuiebant in feminã:
diuitẽ et delicatã. Sed fortis erat. quia dñs tegumentũ eĩ: sup manũ
dextẽ eĩ: ille q̇ eam custodiebat. Hec eñ fratres. Numq̇d est.
q̇ in affrica ignoret? Clarissima fuit nobilis genere: abun
dans

diuitijs. Sed hec omnia sinistra erant: sub capite erant.
Venit inimicus. qui ferret caput: et sinistra ei obiecta est:
que erat sub capite. Caput super erat: dextra de super conplec
tebatur. Quid poterat facere persecutor. quamuis delicate fe
mine? Erat quidem illa et sexu infirma. et diuitijs for
te. languidior: et consuetudine corporali infirmi
or. Sed quid ad tanta munimenta? Quid ad illum sponsum
inuenientem sinistram sub caput. et dextra sua conplectentem?
Quando sic munitam. perimeret inimicus? Et tamen percussit:
sed in corpus. Quid autem dicit psalmus? Custodiat dominus animam
tuam. Anima non cessit: corpus percussum est. Et corpus ad tempus
percussum est: nam in fine resurrecturum est. Quia et ipse qui
dignatus est esse caput ecclesie: prebuit corpus suum ad tempus percutiendum;
Sed carnem suam ille triduo resuscitauit: carnem nostram in
fine resuscitaturus est. Ideo suscitatum est caput: quod adten
deret corpus et non deficeret. Custodiat animam tuam
dominus. Ipsa non cedat ipsa non confringatur in scandalis:
in tribulationibus. in persecutionibus. Ipsa non cadat deficien
do: sicut dominus dicit. Nolite timere eos qui corpus occidunt: ani
mam autem non possunt occidere. Sed eum timete: qui habet
potestatem et corpus et animam occidere in gehennam ignis;
Hanc ergo animam tuam: custodiat dominus. ne cedas persuasori
malo. ne cedas promittenti falsa: ne cedas minanti

temporalia. et custodiat animam tuam dominus: et deinde
custodiat dominus introitum tuum et exitum tuum. ex hoc nunc
et usque in seculum. Nam introitum tuum ad temptationem attende.
Custodiat dominus introitum tuum. Ex hoc nunc et usque in seculum:
exitum idem custodiat. Quid est introitum? Quid est
exitum? Quando temptamur: intramus. Quando uincimus
temptationem: exiimus. Audi introitum: audi exitum.
Vasa figuli probat fornax ait scriptura: et homines iustos
temptatio tribulationis. Si sic sunt homines iusti. quomodo
uasa figuli. necesse est. ut uasa figuli intrent. Et non quando
intrant: iam securus est figulus. Sed cum exierint. dominus
autem securus est quia nouit qui sunt eius. et nouit qui in fornace
non crepent. Illi non crepant: qui non habent uentum
superbie. Humilitas ergo custodit in omni temptatione: quia a con-
ualle plorationis ascendimus. cantantes canticum graduum;
Et custodit dominus introitum: ut salui intremus. Sana fide simus
quando accidit temptatio: et custodit exitum ex hoc et
usque in seculum. Cum enim exierimus ab omni temptatione. iam in
in eternum nulla temptatio terrebit: nulla concupiscentia saltem
sollicitabit. Audi apostolum id ipsum commemorantem: idipsum
quod paulo ante commemoraui. Fidelis deus: qui non uos per-
mittat temptari super quam potestis ferre. Ecce introitus tuus
custoditur. Quando non tibi sinit deus accidere temptationem

quam non potes ferre: introitum tuum custodit. Videte
si custodit exitum. Sed faciat cum temptatione etiam exi
tum: ut possitis sustinere. Numquid possumus nos fratres in
temptari aliter: quam ipsa verba apostoli docuerint? Custodit ergo
nos. sed non a nobis. Quia dominus tegimentum tuum. qui custodit: qui non
dormitat neque dormit. Semel dormitavit pro nobis surrexit:
iam non dormitat. Nemo de se presumat. De convalle plora
tionis ascendimus: non remaneamus in via. Gradus in via res
tant: non debemus in via remanere pigri. non debemus superbi cadere;
dicamus deo. non moveatur pes meus: non dormitat qui custodit
nos. In nostra potestate est. deo donante si eum nobis faciamus
custodem qui non dormit neque dormitat quia ipse custodit israel;
Quem israel? Videntem deum. Ita erit auxilium tuum a domino:
ita erit tegimentum tuum super manum dextere tue. Ita custodit
introitus et exitus tuus: ex hoc et usque in seculum. Nam si de
te presumpseris: motus est pes tuus. Si motus est pes tuus:
iam putas te in aliquo gradu esse. Inde cadis si superbus es:
quia humilis in convalle plorationis dicis. ne des ad moven
dum pedem meum. Et si brevis psalmus est: longa tamen tracta
tio. et longus sermo. Putate fratres quia per natalem beate cris
pine invitavi vos: et inmoderatior fui in convivio pro
ducendo. Nonne posset hoc vobis fieri. si quis militaris
vos invitaret. et ad mensam sine mensura bibere cogeret.

Liceat nobis hoc facere in sermone diuino. ut inebriemini
et satiemini: quemadmodum et dominus pluuia sua temporali
terram dignatus est irrigare. ut cum maiore gaudio nos non
sineret ire ad locum martyrum: sicut hesterno die promiseram. Illi
enim martires: sine labore hic sunt nobiscum; Explicit
de psalmo. centesimo. uicesimo. Incipit de psal
mo. centesimo. uicesimo primo;

Sicut amor inmundus inflammat animam.
et ad terrena concupiscenda et peritura sectanda
perituram uocat. et in ima precipitat. atque in
profunda dimergit: sic amor sanctus ad superna eleuat. et ad
eterna inflammat. et ad ea que non transeunt neque
moriuntur excitat animam: et de profundo inferni leuat ad
celum. Habet tamen omnis amor: uim suam. Nec potest
amor uacare: in anima amantis. Necesse est ducat. Sed uis
nosse qualis amor sit? Vide quo ducat. Non ergo monemus
ut nichil ametis: sed monemus ne mundum ametis. ut eum
qui fecit mundum libere ametis. Obligata enim amore ter
reno anima. quasi uiscum habet in pennis: uolare non potest.
Mundata uero ab affectibus sordidissimis seculi. tamquam extentis pen
nis et duabus alis resolutis id est. ab omni impedimento. id est.
duobus preceptis dilectionis dei et dilectionis proximi uolat.
Quo? Nisi ad deum accedens uolando quia ascendit amando?

Quod autem quam possit. gemit interea: sed iam inest ei
uolandi desiderium. Et dicit. Quis dabit mihi pennas sicut
columbe. et uolabo et requiescam? Quo autem uolauit nisi de
mediis scandalis. ubi gemebat etiam iste cuius hec uox.
est. quem commemorauimus? De mediis ergo scandalis. a compressio
ne malorum hominum a palea quibus grana commixta sunt
uolare uult: ubi non patiatur commixtionem et societa
tem alicuius. sed uiuat in sancta societate angelorum ciuium: in
eternam ierusalem. Ideo psalmus iste quem hodie suscepimus tractan
dum sanctitati uestre. ipsam ierusalem designat: id est. iste qui ascen
dit in hoc psalmo. Est enim canticum graduum quod se
pe diximus caritati uestre: quia non sunt gradus isti descenden
tium: sed ascendentium. Ascendere ergo uult iste. Et quo uult
ascendere. nisi ad celum? Quid. est. in celo? Utrum ideo uult
ascendere ut sit cum sole. et luna et stellis? Absit. Sed. est.
in celo aeterna ierusalem: ubi sunt ciues nostri angeli. Ab ipsis
ciuibus nostris: peregrinamur interea. In peregrinatione suspira
mus: in ciuitate gaudebimus. Inuenimus autem et socios in ista
peregrinatione. qui iam uiderunt ipsam ciuitatem: et inuitant
nos ut curramus ad illam. Ad hos gaudet iste: qui et dicit.
Iocundatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibi
mus. Fratres uenite in mentem caritati uestre: si qua forte
festiuitas martyrum. et locus aliquis sanctus nominatur: quo certo

die turbe ad celebrandam solempnitatem. Ille turbe quomodo
se excitabant. Quomodo hortantur et dicunt: Eamus,
eamus. Et queritur quo eamus? Et dicitur ad illum locum,
ad sanctum locum. Invicem sibi loquuntur: et tamquam incen
si singillatim faciunt unam flammam. Et ipsa una flam
ma facta ex colloquutione se accendentium. rapit illos
ad locum sanctum: et cogitatio sancta sanctificat eos. Attende in
his verbis magnam inflammationem animorum: ad celestem
patriam. Si ergo ad locum temporalem sic rapit amor sanctos qualis
amor debet esse qui concordes rapit in celum. et dicentes sibi
in domum domini ibimus? Ergo curramus. curramus quia in domum
domini ibimus. Curramus. et non fatigemur: quia illuc pervenimus
ubi non lassabimur. Curramus in domum domini: iocundetur anima
nostra in his qui ea nobis dicunt. Qui enim ea nobis dicunt. Priores
viderunt ipsam patriam: de longinquo clamantes ad posterio
res. In domum domini ibimus. Ambulate. currite. Viderunt illam
apostoli: et dixerunt nobis. Currite. ambulate. Sequimini: in
domum domini ibimus. Et quid dicit unusquisque nostrum. Iocun
datus sum: in his que dixerunt mihi: in domum domini ibimus;
Iocundatus sum in prophetis: iocundatus sum in apostolis. Omnes enim isti
dixerunt nobis: in domum domini ibimus. Stantes erant
pedes nostri: in atriis Ierusalem. Ecce habes domum domini.
Si querebas quid sit domus domini: in illa domo dominus laudatur

qui condidit domum. Ipse delectat omnes habitan
tes in domo. ipse sola spes hic; et res ibi. Ergo qui
currunt quid debent cogitare? quasi ibi iam sint; et
ibi stent. Magnum enim est ibi stare inter angelos; et non
deficere. Qui enim inde lapsus est. in ueritate non stetit. Qui
cumque non sunt lapsi; in ueritate stant. Et ille stat; qui
deo fruitur. Qui autem se frui uoluerit; cadit. Quis autem se
frui uult? Qui superbus est. Ideo ille qui semper stare uolebat in atriis
hierusalem; in lumine tuo inquit uidebimus lumen. non in lumine
meo. Et apud te inquit fons uitae; non apud me. Et quid adiecit?
Non ueniat mihi pes superbiae; et manus peccatoris non moueat
me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem; expulsi sunt nec
potuerunt stare. Si ergo illi non potuerunt stare quia superbi fuerunt;
humiliter ascende ut dicas. Stantes erant pedes nostri; in
atriis hierusalem. Cogita qualis ibi futurus sis; et quamuis adhuc
in uia sis; hoc tibi pone ante oculos quasi ibi stes; quasi iam inter
angelos indeficienter gaudeas. et fiat in te quod dictum est;
Beati qui inhabitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt
te. Stantes erant pedes nostri; in atriis tuis hierusalem. Cuius
hierusalem? Solet enim dici et ista hierusalem. Sed et ista hierusalem; um
bra est illius. Et quid magnum est stare in ista hierusalem. quando ista
hierusalem stare non potuit. quae in ruinam conuersa est? Hoc
ergo pro magno spe sanctus ex inflammato corde amantis huius eloquitur.

quod dicit. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis ierusalem.
Nonne illa ierusalem est. cui dicit dominus ierusalem ierusalem que interfi-
cis prophetas. et lapidas missos ad te. Quid magnum. Ergo iste
concupiscebat stare illos qui interficiebant prophetas. et
lapidabant missos a se. Absit ut de ista ierusalem sic cogi-
tet. qui sic amat. qui sic ardet. qui sic uult peruenire ad illam
ierusalem matrem nostram. de qua dicit apostolus eternam in ce-
lis. Audi postremo. noli in credere. audi quod sequatur: et
quam ierusalem designet mentibus nostris. Cum enim dixisset
stantes erant pedes nostri in atriis ierusalem: quasi diceretur
illi de qua ierusalem dicis. de qua loqueris. Subiecit statim;
Hierusalem que edificatur ut ciuitas. Fratres quando ista di-
cebat dauid perfecta erat illa ciuitas: non edificabatur.
Nescio quam ergo ciuitatem dicit. que modo edificatur. ad quam
currunt in fide lapides uiui. co edificati in domum spiritalem
id est templum sanctum dei. Quid est lapides uiui coedificami-
ni. Viuis si credis. Si autem credis. efficieris templum dei:
quia dicit apostolus paulus. Templum enim dei sanctum est. quod estis
uos. Ipsa ergo modo ciuitas edificatur. Preciduntur de monti-
bus lapides per manus predicantium ueritatem: quadran-
tur ut intrent in structuram sempiternam. Adhuc multi
lapides in manibus artificis sunt. Non caduNt de mani-
bus artificis: ut possint perfecti coedificari in structuram

templi

Est ergo ista ierusalem que edificatur ut ciuitas. Fundamentum
ipsius christus est. Dicit apostolus paulus. Fundamentum enim
aliud nemo potest ponere. preter id quod positum est: quod est christus
ihesus. Fundamentum quando ponitur in terra. desuper edificantur
parietes: et pondus parietum ad ima tendit. quia in
imo positum est fundamentum. Si autem fundamentum
nostrum in celo est: ad celum edificemur. Corpora edificauerunt istam
structuram quam uidetis amplam surrexisse huius basilice;
Et quia corpora edificauerunt: fundamentum in imo posuerunt;
Quia uero spiritaliter edificamur: fundamentum nostrum in summo posi
tum est. Illuc ergo curramus. ubi edificemur: quia de ipsa ierusalem dic
tum est. Stantes erant pedes nostri: in atriis ierusalem; Sed qua
ierusalem: Ierusalem que edificatur ut ciuitas. Parum dixit.
ut ostenderet ierusalem: quam dixit edificatur ut ciuitas. Ad huc
potest ista corporalis intelligi. Quid si enim existat aliquis et di
cat. Iam quidem cum ista dicerentur temporibus dauid et ista
canerentur. erat ciuitas illa perfecta. sed uidebat in spiritu rui
turam. et iterum edificandam: Expugnata est enim ista ciui
tas. et factus est transitus in babiloniam: ipsi captiuati: et dic
ta est in scripturis transmigratio ista in babiloniam. Et prophetauit
hieremias post septuaginta annos captiuitatis. edificari
posse illam ciuitatem: que destructa erat a debellantibus.
Forte autem aliquis. Hoc uidebat dauid in spiritu. ruituram ciuitatem

ierusalem a debellantibus. et iterum posse post septuaginta annos edificari. Et ideo dicit ierusalem que edificatur ut ciuitas. Noli ergo putare illam ciuitatem esse dictam. que constat ex sanctis: tanquam ex lapidibus uiuis. Quid sequitur. ut tollat totam dubitationem: ait enim. Stantes erant pedes nostri: in atriis ierusalem. Sed quam dico ierusalem: Non istam inquid quam uidetis. quam uidetis stare corporeis parietibus erectam. Non. Sed ierusalem que edificatur ut ciuitas. Quare non ciuitas. sed ut ciuitas: Nisi quia ista structura parietum que erat in ierusalem. uisibilis ciuitas erat sicut proprie dicitur ab omnibus ciuitas: Illa autem edificatur tanquam ciuitas: quia et illi qui in eam intrant. uiui tanquam lapides sunt. Non enim uere lapides sunt. Sicut illi lapides non lapides sunt: sic illa ut ciuitas non ciuitas quia edificatur. Nomine quippe edificii structuram compagemque corporum atque parietum uoluit intelligi. Nam ciuitas proprie in his omnibus habitantibus intelligitur. Sed manifestauit nobis ciuitatem se urbem dixisse: quia dicit edificatur. Et quia edificium spiritale similitudinem quandam habet. ad edificium spiritale similitudinem corporalem habet. ideo edificatur ut ciuitas. Sed dicat quod sequitur. auferat omnem dubitationem: quia non carnaliter debemus accipere ierusalem que edificatur ut ciuitas;

Cuius participatio eius in idipsum. Iam modo fratres quisquis erigat aciem mentis. quisquis deponit caliginem carnis. quisquis

quis mundat oculum cordis. eleuet et uideat: quod est
id ipsum. Id ipsum quomodo dicam. nisi id ipsum? Fratres
si potestis; intelligite id ipsum. Nam et ego quicquid aliud dixero
non dico nisi id ipsum. Conemur tamen quibusdam uicinita
tibus uocum et significationum perducere aciem mentis.
perducere infirmitatem mentis. ad cogitandum id ipsum,
Quid est id ipsum? Quod semper eodem modo est. quod non
modo aliud. et modo aliud est. Quid ergo est id ipsum.
nisi quod est? Quid est quod est? Quod eternum est. Nam quod aliter
atque aliter est: non est. quia non manet. Non omnino
non est: sed non summe est. Et quid est quod est. nisi ille qui
quando mittebat moysen dixit illi. ego sum qui sum?
Quid est hoc nisi ille cui cum diceret famulus eius. ecce mittis me.
si dixerit mihi populus quis te misit. quid dicam ei? Nomen suum
aliud uoluit dicere: quam ego sum qui sum. Et adiecit: et
ait. Dices itaque filiis israel. Qui est: misit me ad uos. Ecce id ipsum.
Ego sum qui sum. qui est: misit me ad uos. Non potest capere.
multum est intelligere multum est apprehendere. Retine quod pro te
factus est: quem possis capere. Retine carnem christi in qua
leuaris egrotus. et uulneribus latronum semiuiuus relictus:
ut ad stabulum perducereris. et ibi sanareris. Ergo curramus
ad domum domini. et perueniamus ad ciuitatem ubi stent pedes
nostri: ciuitatem que edificatur ut ciuitas. cuius participa
tio eius in id ipsum. Quid enim debes tenere? Quod pro te factus est.

xpc. Quia ipse xpc ē. et ipse xpc recte intelligitur.
ego sum qui sum. Quomo est in forma dei: ubi non
rapinam arbitratus est esse se qualis deo: ibi ē. id ipsū.
Ut aut tu efficiaris particeps in id ipsum: factus est
ipse particeps pro te. Et ūbum caro factum ē: ut ca
ro participet ūbum. Quia ū qd uerbū caro factum est.
et habitauit in nob. ex semine uenit abraham: promissum
est autem abrahe. et ysaac. et iacob: qd ex semine eorum
benedicerentur oms gentes. Et inde uide. in ecclam toto orbe
diffusam. Loquitur ad infirmos ds. firmitatem cordis quesiuit:
cum diceret. Ego sum qui sum. Firmitatem cordis quesiuit.
et aciem contemplationis erectam: cum diceret. Qui ē. misit me
ad uos. Sed non dum habes forte contemplationē: Noli deficere:
noli desperare. Quid est. Voluit ēē homo. ut tu es. Ideo secutus
aut moysi: quasi expauescenti nomen. Quod ē. nom.: Qd ē?
Est. Et dixit inquid dns ad moysen. Ego sum deus abraham.
et ds isaac. et ds iacob. Hoc mi nomen ē. ineternum. Noli
de te desperare. quia dixi ego sum qui sum: et qui ē. misit me ad
uos. Quia tu modo fluctuas. et mutabilitate rerum et uarie
tate humane mortalitatis pcipe non potes qd ē. id ipsū:
ego descendo. quia tu uenire non potes. Ego sum ds abraham.
et ds ysaac. et ds iacob. In semine abraham spa aliquid:
ut confirmari possis ad uidendum qui uenit ad te in se
mine abrahe. Ergo hoc ē. id ipsum: de quo dictum est;

Mutabis ea et mutabuntur. tu autem idem ipse es: et anni tui non
deficient. Ecce id ipsum: cuius anni non deficient. Fratres. nonne
anni nostri cotidie deficiunt: et nec stant omnino? Nam et qui
[et qui futuri sunt non dum sunt] uenerunt. iam non sunt. Iam illi defecerunt: et illi defecturi uen
turi sunt. In hoc ergo ipso uno die fratres. ecce modo loquimur:
in momento est. Preterite hore transierunt: future non dum ue
nerunt. Et cum uenerint. et ipse transibunt: et defici
unt. Qui sunt anni qui non deficiunt. nisi qui stant?
Si ergo ibi anni stant. et ipsi anni qui stant unus annus est,
et ipse unus annus qui stat unus dies est: quia ipse unus dies nec
ortum habet nec occasum. nec inchoatur ab hesterno
nec excluditur a crastino. sed stat semper ille dies. Et quo
uis uocas illum diem. Si uis anni sunt: si uis dies est.
Quodcumque cogitaueris id ipsum stat: tamen ipsius
stabilitatis participat illa ciuitas. cuius participatio est in id
ipsum. Merito ergo quia illius stabilitatis fit particeps: dicit
iste qui illuc currit. Stantes erant pedes nostri in atriis
ierusalem. Omnia enim ibi stant: ubi nichil transit. Uis et
tu ibi stare. et non transire? Illuc curre. Id ipsum nemo
habet in se. Intendite fratres. Corpus quod habet non est id ip
sum: quia non in se stat. Mutatur etatibus. mutatur per
mutationes locorum ac temporum: mutatur per morbos et
defectus carnales. Non ergo in se stat. Corpora celestia:
non in se stant. Habent quasdam mutationes suas.

Et si occultas. certe de locis in loca mutantur. ascendunt
ab oriente in occidentem. et circueunt rursus ad orientem.
Non ergo stant: non sunt id ipsum. Anima humana: nec
ipsa stat. Quantis enim mutationibus et cogitationibus vari
atur. Quantis voluptatibus immutatur. Quantis cu
piditatibus diverberatur atque distenditur. Mens ipsa homi
nis que dicitur rationabilis. mutabilis est: non est id ipsum.
Modo non vult: modo vult. Modo scit modo nescit.
Modo meminit: modo obliviscitur. Ergo id ipsum nemo
habet ex se. Qui voluit ex se habere id ipsum. ut quasi
ipse sibi esset id ipsum: lapsus est. Cecidit angelus: et factus
est diabolus. Propinavit homini superbiam: deiecit secum
per invidentiam qui stabat. Isti quippe sibi voluerunt
id ipsum esse sibi principari. sibi dominari voluerunt: noluerunt
habere dominum qui vere est id ipsum. cui dictum est: mu
tabis ea et mutabuntur: tu autem idem ipse es. Iam ergo
post tantum languorem. post tantos morbos. difficultates.
labores. redeat anima humiliata ad id ipsum: et sit in illa
civitate cuius participatio eius est in id ipsum. Illuc enim
ascenderunt tribus. Querebamus enim quo ascendat qui cecidit.
quia diximus ascendentis vox est. et ascendentis ecclesie. Inta
mus ne quo ascendit. Quo it. Quo erigitur. Quo ascen
dit. Illuc enim ascenderunt inquit tribus. Quo ascenderunt tribus.
In civitatem: cuius participatio eius in id ipsum. Ergo illuc ascen
dunt

in ierusalem. Homo autem qui descendebat de ierusalem in
iherico: incidit in latrones. Si non descenderet: non
incideret in latrones. Quia uero descendendo incidit in la
trones: ascendendo ueniat ad angelos. Ascendat ergo:
quia ascenderunt tribus. Sed que sunt tribus? Multi nouerunt:
et multi non nouerunt. Sed et nos qui nouimus. descenda
mus ad illos qui non nouerunt tribus: ut nobiscum ascendant
quo ascenderunt tribus. Tribus alio nomine dici possunt
curie: sed non proprie. Itaque tribus uno nomine alio
proprie dici non possunt: sed uicino dicuntur curie.
Nam proprie si dixerimus curias: non curie non intelliguntur:
que sunt in ciuitatibus singulis singule. Unde curiales
et decuriones: id est. quod sunt in curia uel decuria. Et nostis
quia tales curias singulas: habent singule ciuitates. Sunt
autem uel erant aliquando in istis quoque ciuitatibus: curie
etiam populorum. Et una ciuitas multas curias habet: sicut
roma triginta quinque curias habet populi. He dicuntur tribus.
Has populus israel duodecim habebat. Secundum filios iacob duo
decim. tribus erant populi israel. Sed erant ibi mali: erant ibi
boni. Quam enim male tribus. que crucifixerunt dominum? Quam
bone tribus. que cognouerunt dominum? Ille ergo tribus que dominum cru
cifixerunt: tribus sunt diaboli. Cum ergo hic diceret illuc as
cenderunt tribus: ne omnes tribus intelligeres addidit. Tribus
domini. tribus. Quid est. tribus domini? Que cognouerunt dominum. Ex ipsis

enim duodecim tribus mali: erant enim de bonis tribubus
qui cognouerunt fabricatorem ciuitatis. et ipsa erant grana
inter illas tribus: que inter paleas commixta sunt. Ascen
dunt autem non cum paleis, sed cum tribubus purgate elec
te quasi tribus domini. Illuc ascenderunt tribus: tribus domini. Quid
est tribus domini, TESTIMONIUM ISRAEL. hoc quid
sit fratres audite. Testimonium israel: id est in qua agno-
scatur quia est uere israel. Quid est enim israel? Interpretatio
nominis eius dicta est iam: et sepe dicatur. Forte enim
et si recens dicta excidit: dicendo nos faciamus ut non
excidat. Etiam eis qui legere non nouerunt aut noluerunt:
nos sumus codex ipsorum. Israel uidens deum interpretatur;
Immo diligentius discusso uerbo. sic interpretatur: Israel
est uidens deum. Utrumque est. uidens deum: quia homo in
se non est. Mutatur enim et uertitur: si non participet eius
qui est idipsum. Tunc est quando uidet deum. Tunc enim est:
quando uidet eum qui est. Et uidendo eum qui est: fit et ipse
pro modo suo ut sit. Ergo ipse est israel; Israel est uidens deum;
Superbus ergo non est israel: quia non est participatio eius in id
ipsum. Quia ipse sibi uult esse idipsum. qui uult sibi esse
principium: non est israel. Omnis ergo fictus non est israel: quia
omnis superbus necesse est ut fictus sit. hoc dico fratres. necesse
est. ut omnis superbus uelit uideri quod non est. Aliter non
potest fratres mei. et utinam si uellet uideri superbus quod non est.

ut uellet uideri. Verbi causa. coraula cum corau
la non esset, cito enim probaretur. si diceretur ei canta. Ui
deamus utrum coraula sis, cum non posset. inueniretur
falso se uideri uoluisse quod non erat. Dixit se eloquen
tem. Dicetur ei. loquere et proba. Si locutus fuerit. inuenietur
non hoc esse quod professus est. Superbus quid petit est. iustus se uult
uideri. cum non sit. Et quia iusticiam intelligere difficile
est superbos agnoscere. Volunt ergo superbi uideri quod non sunt.
ideo non est participatio eorum in id ipsum. Non pertinent ad
israel. qui est uidens deum. Quis ergo pertinet ad israel? Quis est
particeps in id ipsum. Quis est particeps in id ipsum? Qui
confitetur se non esse quod est. et ab illo habere quod bonum
potest habere. A se autem non esse nisi peccatum. ab illo sibi esse
iusticiam. Talis est in quo dolus non est. Et dominus uidens
nathanahelem quid ait? Ecce uere israhelita in quo dolus
non est. Si ergo uere israhelita in quo dolus non est. tribus
ille ascendunt ad ierusalem. in quibus dolus non est. Et ipse sunt
testimonium israel. id est probatas agnosceret quia erant gra
na inter illam paleam. quando area cum uideretur tota
palea putabatur. Erant ibi ergo grana. sed cum ascenderint
in sublimitate illa splendoris cum fuerit area uentilata.
tunc erit testimonium israel. Tunc dicent omnes mali uere quia
erant ibi iusti inter malos. quando nobis omnes mali uidebantur
tur. et quales nos eramus. tales omnes putabamus. Testimoni

tum israel quo ascendit? Quare ascendunt? Ad con
fitendum nomini tuo domine. Magnificentius dici potest. Sicut
superbia praesumit, sic humilitas confitetur. Quomodo ergo praesumptor
est qui vult videri quod non est, sic confessor est qui non vult
videri quod non est. ipse et amat quod est ille. Ad hoc ergo ascen
dunt israelitae in quibus dolus non est, quia non sunt verae israelitae
nisi in ipsis est testimonium israel. Ad hoc ascendunt ad confitendum
nomini tuo domine. Quoniam ibi sederunt sedes in iudicio. Mirum enig
gma. mira quaestio, si non intellegatur. Sedes dicuntur quod graeci
thronos appellant. Thronos graeci sellas dicunt tamquam
honorabiles. Ergo fratres mei non est mirum si sedeant homines
in sedibus in sellis. Ut autem ipse sedes sedeant. quo
modo possumus intellegere? Tamquam si dicat aliquis;
Sedeant hic cathedrae, aut sedeant hic sellae. In sella sede
tur, in sedibus sedetur, in cathedris sedetur. non ipse sedes sedent.
Quid est ergo hoc. quoniam ibi sederunt sedes in iudicium? Certe sole
tis audire dominum dicentem. Caelum mihi thronus est. terra autem scabel
lum pedum meorum. Latine autem totum sic dicitur: caelum mihi
sedes est. Qui sunt isti. nisi iusti? Qui sunt caeli. nisi iusti? Quomodo caelum
ipsi caeli. Quomodo quae ecclesia, ipsae ecclesiae. Sic sunt multae, ut
una sit. Sic ergo et iusti. Ita sunt iusti caelum, ut caeli sint.
In ipsis autem sedet deus, et de ipsis iudicat deus. Et non sine
causa dictum est. caeli enarrant gloriam dei. Apostoli enim facti
sunt caelum. Unde enim facti sunt caelum? Quia iusti facti;

Quomodo peccator factus est. terra cum dictum est. terra es et in ter
ram ibis: sic iustificati facti sunt celum. Portauerunt deum
et de ipsis deus coruscabat miracula: tonabat terrores. plue
bat consolationes. Ergo erant illi celum: et narrabant
gloriam dei. Nam ut noueritis ipsos dictos celum: ibi
ait in ipso psalmo. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in
fines orbis terre uerba eorum. Queris quorum: et inuenies celorum.
Si ergo celum sedes dei: apostoli autem celum. et ipsi facti sunt
sedes dei: ipsi sunt throni dei. Dictum est alio loco. Anima
iusti thronus sapientie. Magna res dicta est: anima
iusti thronus sapientie. Id est in anima iusti sedet sapi
entia. tamquam in sella sua. tamquam in throno suo: et
inde iudicat quicquid iudicat. Ergo erant throni sa
pientie: et ideo dixit illis dominus. Sedebitis super duodecim
thronos: iudicantes duodecim tribus israel. Sic et ipsi sedebunt
super duodecim sedes: et ipsi sunt sedes dei. De illis quippe
dictum est. Ibi enim sederunt sedes: quia ibi sederunt sedes. Qui
sederunt? Sedes. Et qui sunt sedes? de quibus dictum est. Ani
ma iusti: sedes sapientie. Qui sunt sedes? Celi. Qui sunt
celi? Celum. Quod est celum? De quo dicit deus. Celum mihi
sedes est. Et ipsi iusti sedes. et habent sedes: et in illa
ierusalem sedebunt sedes. Ad quam rem? In iudicium. Sedebi
tis inquid: super duodecim sedes. Quos sedes: iudicantes duo
decim tribus israel. Quos iudicantes? In terra que sunt in terra;

Qui iudicabunt? Qui facti sunt celum. Illi autem
qui iudicabuntur: in duas partes diuidentur. Una ad
dexteram: altera ad sinistram erit. Iudicabunt cum
christo sancti. Ueniet enim in iudicium cum senioribus populi: ait
esayas. Alii sunt ergo qui cum illo iudicabunt: alii
qui ab illo iudicabuntur: et ab illis qui cum eo iudicabit.
Diuidentur ergo isti: in duas partes. Una ponetur ad dexteram.
cui enumerabuntur helemosine quas fecerunt: altera pone
tur ad sinistram cui enumerabuntur crudelitas et sterilitas
misericordie. Et illis ad dextram constitutis: dicetur.Ueni
te benedicti patris mei: percipite regnum quod uobis
paratum est ab origine mundi. Quare? Esuriui inquid:
et dedisti michi manducare. Et illi. Quando te uidimus
esurientem? Et ille. Cum uni ex minimis meis feci
tis michi fecistis. Ergo quid est hoc? Illi iudicabunt de quibus
dictum est. ut fiant amici de mamona iniquitatis. ut et
ipsi inquid recipiant uos in eterna tabernacula. Sancti sedebunt
cum domino: adtendere qui fecerunt misericordiam. et assument illos
separatos in dextram in regnum celorum: et ipsa est pax ihe
rusalem. Que est pax ierusalem? Ut opera misericordie corpora
lia iungantur operibus predicationis spiritualibus: et fiat pax dan
do et accipiendo. Ait enim apostolus. qui rationem dati et
accepti dixit istas helemosinas. Ait ergo. Si nos uobis spiritua
lia seminauimus: magnum est si uestra carnalia metamus.

Et de ipsa re : ait alio loco. Qui multum non habun-
dauit : et qui modicum non defuit illi. Quare qui
multum non habundauit? Quia quod plus habebat :
dedit indigenti. Et quid est quod modicum non defuit illi?
Quia accepit ab illo : qui habundauit. Et fiat inquid
equalitas. Ipsa est pax : de qua dicitur. Fiat pax in
uirtute tua. Namque cum dixisset : quia ibi sederunt sedes.
in iudicio. Sedes super domum dauid. id est super fami-
liam christi cui dederunt in tempore cibaria. statim tamquam ipsis
sedibus ait. Interrogate que ad pacem sunt ierusalem. Uos
sedes qui iam sedetis ut iudicetis. et facti estis sedes domini
iudicantis : quia qui iudicant interrogant. qui iudicantur
interrogantur : interrogate inquid que ad pacem sunt ierusalem.
Interrogando . quid inuenerint? Alios fecisse misericordiam :
alios non fecisse. Quos inuenerint fecisse misericordiam ipsos
uocabunt ad ierusalem : quia ipsa sunt ad pacem ierusalem. Dilec-
tio fratres fortis res est : dilectio fortis res. Uultis uidere quam
sit fortis dilectio? Quisquis per aliquam necessitatem non potu-
erit implere quod iubet deus. amet illum qui implet : et
in illo implet. Intendat caritas uestra. Verbi gratia. Uxo-
rem habet quam dimittere non potest : oportet ut ob-
seruet apostolum dicentem. Uxori uir debitum reddat. Et
alligatus es uxori : ne quesieris solutionem. Venit in
mentem quia melior est illa uita de qua dicit apostolus

idem: uellem omnes esse sicut me ipsum. Attendit
eos qui hoc fecerunt. amat eos: et in ipsis implet
quod ipse non potest. Fortis res est dilectio. Ipsa est uir
tus nostra. Quia si nulla non fuerimus: nichil prodest
quicquid boni aliud habuerimus. Si linguis hominum
inquid apostolus et angelorum loquar: caritatem autem non ha
beam: factus sum quasi eramentum sonans: aut cimba
lum tinniens. Adiungit aliud magnum. Quod si distribu
ero omnem substantiam meam. et si tradidero corpus meum
ut ardeam. caritatem autem non habeam: nichil mihi prodest.
Si autem sit sola caritas. quamuis non inueniat quod distribu
at pauperibus. diligat solum. aque frigide calicem det:
tantum illi inputabitur quantum zacheo qui dimidi
um patrimonii donauit pauperibus. Quare hoc? Ille tam
modicum dedit. et tantum illi inputabitur? Tantum
plane. Inpar enim facultas: sed non inpar caritas. Illi
ergo interrogant: uos cogitate quid estis. Iam ecce dictum
est uobis: in domum domini ibimus. Iocunditati sumus certe:
in his que dixerunt nobis. In domum domini ibimus. Vide
te ergo: si imus. Non enim pedibus imus: sed affectibus.
Videte si imus. Interroget se unusquisque uestrum. qualis est
erga pauperem sanctum. erga indigentem fratrem. qualis est
erga indigentem mendicum. Videat si uiscera eius non
sunt angusta: quia interrogare te habent sedes que sede
bunt

I

in iudicium; et debent inuenire que sunt ad pacem
ierusalem. Et quomodo interrogant? Tanquam sedes dei. Deus
interrogat. Si deum aliquid latet, et illas sedes aliquid in
terrogantes fugere potest. Interrogate que sunt ad pacem
ierusalem. Sed que sunt ad pacem ierusalem? Et abun
dantia inquid his qui diligunt te. Ad ipsam ierusalem con
uertit uocem; habundantia est illis qui diligunt eam;
Habundantia ex inopia. Hic inopes; ibi habundantes. Hic
infirmi; ibi firmi. Hic egeni; ibi diuites. Vnde facti
diuites? Quia dederunt hic, quod acceperunt a deo ad tempus,
Et accipient ibi quod postea deus retribuet in eternum. Hic fratres
mei et diuites pauperes sunt. Bonum est diuiti ut agnos
cat se pauperem. Si enim plenum se putat, tumor est illi non
plenitudo. Agnoscat se inanem ut possit impleri;
Quid habet? Aurum. Quid non dum habet? Vitam eternam;
Attendat quid habeat, et uideat quod non habeat. Fratres.
ex eo quod habet det ut accipiat quod non habet. Emat ex
eo quod habet illud quod non habet. Et habundantia his
qui diligunt illum. Fiat pax in uirtute
tua. O ierusalem. o ciuitas que edificaris ut ciuitas. cuius
participatio tua in id ipsum. Fiat pax in uirtute
tua. fiat pax in dilectione tua; quia uirtus tua dilec
tio tua. Audi cantica canticorum. Valida est sicut mors di
lectio tua. Magnum uerbum fratres. Valida est sicut mors

dilectio tua. Magnificentius exprimi non potuit forti
tudo caritatis: quam ut diceretur. ualida est. sicut mors dilectio;
Quis enim resistit morti? Fratres intendat caritas uestra;
Resistitur ignibus. undis. ferro. resistitur potestatibus. resistitur
regibus. Uenit una mors. quis ei resistit? Nichil est. illa
fortius. Propterea uiribus eius caritas comparata est. et dictum est.
ualida est. sicut mors dilectio. Et quia ipsa caritas occidit quod
fuimus. ut simus quod non eramus: facit in nobis quandam mor
tem dilectio. Ipsa quia morte mortuus erat qui dicebat,
Mundus mihi crucifixus est. et ego mundo. Ipsa morte mortui
erant quibus dicebat. Mortui enim estis: et uita uestra abscon
dita est. cum Christo in deo. Ualida est. sicut mors dilectio. Si ergo
ualida est. fortis est. et magne uirtutis: et ipsa est. uirtus. et per ipsam
reguntur infirmi a firmis. Terra a celo. populi a sedibus: ideo fiat
pax in uirtute tua: fiat in dilectione tua. Et per istam uirtutem.
per istam dilectionem. per istam pacem: fiat habundantia in turribus
tuis. id est in excelsis tuis. Pauci enim sedebunt sedes in iudicio;
Sed; multi ad dexteram positi: facient populum ciuitatis illius. Mul
ti enim pertinebunt ad singulos quosque excelsos: a quibus recipiantur
in tabernacula eterna. Et erit habundantia: in turribus eius. Ple
nitudo autem deliciarum. et sufficientia deliciarum: ipse deus;
Ipse idipsum. Ipse enim participatio est. ciuitatis in idipsum,
Ipsa erit habundantia nostra. Sed unde: ex caritate: hoc est
per uirtutem. In quo est. autem caritas fratris? Qui non sua querit

in hac uita. Audi paulum apostolum habentem caritatem.
Ait. Placete omnibus per omnia: sicut et ego omnibus per omnia
placeo. Ubi est ergo quod dixisti. si adhuc homini
bus placerem, christi seruus non essem? Et modo dicis
te placere. modo hortaris ut et illi placeant: sed non
ibi posuit finem. ut quisque propter se non propter caritatem
placeat. Qui gloriam suam querit: non querit salutem
aliorum. Ait enim. Sicut et ego omnibus per omnia placeo. non
querens quod mihi prodest: set quod multis ut salui fiant.
Ideo et hic: cum de caritate diceret, Propter fratres
meos inquid. et proximos meos: loquebar autem pacem
de te. O hierusalem ciuitas: cuius participatio est in idipsum,
Ego in hac uita et in hac terra. ego pauper et peregrinus et ge
miens. non dum perfruens pace tua. et predicans pacem
tuam. Non propter me illam predico sicut heretici. qui
querentes gloriam suam dicunt pax uobiscum. et pacem
non habent quam populis predicant. Si enim haberent pacem:
non conscinderent unitatem. Ego inquid loquebar
pacem de te. Sed quare? Propter fratres meos et propin
quos meos. non propter honorem meum. non propter pecuni
am meam: non propter uitam meam. Nam mihi uiuere christus est:
et mori lucrum. Sed loquebar pacem de te: propter fratres
meos et propinquos meos. Nam cupiebat ipse dissolui:
et esse cum christo. Et quia ita predicauit. propinquis et

fratribus. Manere in carne necessarium propter vos. Pro
pter fratres meos et proximos meos loquebar autem pacem
de te. Propter domum domini dei nostri quaesivi bona
tibi. Non propter me quaesivi bona: nam non tibi quaere
rem si mihi, ideo nec ego haberem: quia non tibi quae
rerem. Sed propter domum domini dei mei. propter ecclesiam:
propter sanctos. propter peregrinos. propter inopes ei ut ascendant:
quia dicimus eis in domum domini ibimus, Propter ipsam domum
domini dei nostri: quaesivi bona tibi. Haec fratres planiora et neces
saria carpite. manducate. bibite. convalescite. currite.
apprehendite. Explicit de psalmo. centesimo. vicesimo
primo. Incipit de psalmo centesimo. vicesimo. secundo.

Ascendentium cantica ex ordine cum sanctitate
vestra considerandum suscepi: ascendentis autem
amantis. Et ideo ascendentis: quia aman
tis. Omnis amor aut descendit: aut as
cendit. Desiderio enim bono levamur ad deum: et desiderio
malo ad ima praecipitamur. Sed quia iam malo desiderio lap
si cecidimus: superest nobis si agnoscimus eum qui ad nos non cecidit
sed descendit. haerendo illi ascendamus quia viribus nostris
non possumus. Ipse dixit dominus ihesus christus. Nemo ascendit
in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in
celo, Tamquam de se solo videtur dixisse. Ergo ceteri reman
serunt. quia solus ascendit: qui solus descendit. Quid ergo debent

Explicit de psalmo c. xx. i. Incipit de psalmo c. xx. ii.

ceteri facie. Sumus corpori ipsius: ut sit unus xpc. qui descen
dit et ascendit. Descendit caput. ascendit cum corpore
uestitus ecclesia sua: quam sibi exhibuit sine macula et ruga.
Solus ergo ascendit. Sed et nos quando cum illo sic sumus. ut illius
membra ei simus. et nobiscum solus est. Et ideo unus. et semper unus. Uni
tas nos compaginat uni. Et illi soli cum illo non ascendunt:
qui cum illo unum esse noluerunt. Iam uero quoniam ipse qui in celo positus est:
et carne suscitata inmortalis perquam fuit ad tempus
mortalis. et nichil in celo persecutionum est paciens: nichil ma
liciarum et obprobriorum sicut in hac terra quando pro nobis omnia sustinere
dignatus est: compassus est tamen corpori suo in terra laboranti dicens
xit. Saule saule. quid me persequeris: Iam ipsum nemo tangebat.
et se pati persecutionem de celo clamabat. Non preter spem esse
debemus. immo cum magna fiducia presumere: quia si per caritatem
tem ipse nobiscum in terra est: per eandem caritatem et nos cum illo
in celo sumus. Sed diximus quemadmodum nobiscum ipse in terra sit.
Uocem eius diximus de celo sonantis. Saule saule quid me persequeris:
cum eum saulus omnino non tangeret. sed nec uideret. Quomodo
autem ostenditur. quia et nos cum illo in celo sumus: Eodem ipso
paulo apostolo dicente. Si resurrexistis cum xpo. que sursum
sunt querite: ubi xpc est. in dextera dei sedens. Que sursum sunt
sapite: non que super terram. Mortui enim estis: et uita uestra
abscondita est. cum xpo in deo. Ergo et ille adhuc deorsum
est. et nos iam sursum sumus. Ille deorsum est compassione cari

tatis: nos sursum sumus spe caritatis. Spe enim salui facti
sumus. Sed quia spes nostra certa est. quamuis futurum sit:
sic de nobis dicitur. quasi iam factum sit. Ascendat ergo iste
cantator. sed unusquisque corde uestro cantet hic homo:
et unusquisque sit iste homo. Cum enim dicitis illud singuli.
quia omnes unum estis in christo: unus homo illud dicit. Et non
ad te domine leuauimus oculos nostros: sed ad te domine leuaui oculos
meos. Debetis quidem putare unumquemque uestrum loqui.
sed unus ille maxime loquitur. qui etiam diffusus est toto orbe
terrarum. Unus ille loquitur: qui alibi dicit. A finibus terre ad te
clamaui: cum angeretur cor meum. Quis est iste qui clamat
a finibus terre? Quis? Unus homo diffusus est: usque ad fines
terre. Unusquisque homo: in regione sua potest clamare.
Numquid a finibus terre? Sed hereditas illa christi. de qua dictum est.
dabo tibi gentes hereditatem tuam. et possessionem tuam terminos
terre: ipsa clamat et dicit. A finibus terre ad te clamaui: cum
angeretur cor meum. Angatur cor nostrum: et clamemus. Unde
angatur cor nostrum? Non de his que hic patiuntur et mali. Ver-
bi gratia. quia damnum patiuntur. Nam si inde angitur cor: cinis est.
Quia nescio quem tuorum ex uoluptate dei amisisti. si inde angitur
cor quod magnum? hinc anguntur et corda infidelium. ista pati-
untur et qui nondum in christo crediderunt. Unde angitur cor
christiani? Quia nondum cum christo uiuit. Unde angitur
cor christiani? Quia peregrinatur et desiderat patriam. Si inde angi

tur

cor tuum. etiam si felix sedm sclm fuit; gemis. Et si
oia psp̄a confluant. et undiq; t mundꝰ iste arrideat.
tu tam̄ gemis. q̄ in peregrinatioe te constitutū uides,
Et sentis iam quidem te habe felicitatē. sedm oclos stultoꝝ
s; non dum sedm pmissionē xpi. illam querens gemis.
illam querens desiderās. desiderando ascendis. et as
cendendo canticū gradnum. et cantando cāticū gradnū
Ad te dixi leuaui oclos meos q̄ habitas E dicis;
in celo, ascendens quo leuauerat oclos. usq;
illuc quo tendebat. ascende desiderabat. De tra enim
ad celum ascendit. Ecce tra deorsum; q̄m calcamꝰ pedibꝰ
nris. Ecce etiā celum sursum qd uidemꝰ oclis nris. et
ascendendo cantamꝰ. Ad te leuaui oclos mos q̄ habitas in
celo. Ubi g scale? Tanta enī int ualla cspicimꝰ. int celū
et trā separatio ē. tanta spatia locoꝝ. Illuc uolumus
ascende; scalas non uidemꝰ. Nū qd forte fallimꝰ nos. quia
canticū gradnū idē. canticū ascensionis cantamꝰ? Ascen
dimꝰ ad celū. si cogitamꝰ dm. q ascensus in corde fecit;
Qd est ascende in corde? pficere in dm. Quom ois q deficit nō
descendit s; cadit. sic ois qui pficit ascendit. Sed si sic p
ficiat ut non supbiat. si sic ascendat ut non cadat. Si aut
pficiendo supbiat; ascendendo iterū cadit. S; ut nō sup
biat qd debet face? Leuet oclos suos ad illum q̄ habitat
in celo. non se adtendat. Omis enī supbus se adtendit. et

magnus sibi uidetur qui sibi placet. Sed qui sibi placet: stul-
to homini placet. quia ille ipse stultus est. cum sibi soli placet.
Solus securus placet. qui deo placet. Et quis est qui placet deo? Cui
placuerit deus. displicere sibi deus non potest. Placeat ergo tibi.
ut placeas illi. Sed tibi ille placere non poterit. nisi tu tibi
displicueris; Si autem displices tibi: tolle a te oculum. Ut quid
te enim adtendis? Si enim uere te adtendis. inuenis in te
quod tibi displiceat. et dicis deo. Peccatum meum ante me est
semper. Peccatum tuum sit ante te: ut non sit ante deum.
Et tu noli esse ante te: ut sis ante deum. Quomodo enim uolu-
mus ut non a nobis auertat faciem a peccatis nostris, Nam utrum-
que illic cantatur in psalmis. Ne auertas faciem tuam a me.
Vox est psalmi. uox est ḡ nra, Et ille qui dicit ne auertas faciem
tuam a me: uide quod dicat alio loco. Auerte faciem tuam a peccatis
meis, Si uis ut auertat faciem suam a peccatis tuis. tu ipse a te
auerte faciem tuam: et a peccatis tuis noli auertere. Si enim aberis
non auerteris faciem tuam. tu ipse irasceris peccatis tuis. Si autem
tu non auertas faciem tuam a peccatis tuis: tu agnoscis et
ille ignoscit. Ut uero a te leua oculos ad illum: et dic. Ad te
leuaui oculos meos qui habitas in celo. Celum fratres mei si corpo-
raliter intellexerimus. hoc quod uidemus oculis corporeis: uere
sic errabimus ut non putemus nos illuc ascendere. nisi scalis posi-
tis: aut aliquibus machinamentis. Si autem spiritaliter ascendimus.
spiritaliter celum intelligere debemus. Si ascensus in affectu:

ds. sic noli-
mus ut au-
tat faciem

celum iniustitia. Quod ē ergo celum dī; omēs scē anime.
omēs iuste anime. Nam et apli quamuis in tra essent
carne; celum erant quia illis dñs sedens per totū
mundū ambulabat. Ergo habitat in celo. Quomodo
dicē in alio psalmo. Tu autē in scō habitas laus isrł.
Qui habitat in celo habitat in scō. Scō quod ī templo suo.
Templū dī scm ē. qđ estis uos. Sed omēs aliq infirmi et
secdm fidem ambulantes; secdm fidem sunt tēplū dei.
Erunt enī aliquando et secdm speciē templum dī. Quādiu
sunt tēplum secdm fidem; Quādiu in ipsis xpc per fidem
habitat sicē dicē aplc. habitare xpm per fidem in cordibȝ urīs.
Sunt autē iam celi in quibȝ iā per speciem habitat dš. uidentē
eū faciē ad faciē. omēs sci angli. omēs scē uirtutes. potestates.
sedes. dominationes. Ierlm illa celestis unde peregrinando
ingemiscimꝰ. et quam desiderando oramꝰ. Ubi habitat dš.
illuc leuauit iste fidē. illuc ascendit affectu desideran
do. Et ipm desideriū facit animā desudare sordes peccatorum.
et mundari ab oī labe ut fiat ipsa celum. quia eleuauit
oculos ad eum quī habitat in celo. Nam si celum istū corpo
reum qđ oculis uidemꝰ intellexerimꝰ eē habitationem dei.
transitura est habitatio dī; quia celū et tra transient. Deinde
de antequam facēt dš celum et trā. ubi habitabat. Sed
dicet qs. Et ante quam facēt dš scōs. ubi habitabat. In se
habitabat dš. apud se habitabat; et apud se est dš. Et quando

dignatur habitare in celis. Non sic sunt sancti domus
dei, ut ipsa subtracta cadat deus. Aliter enim nos habita
mus in domo, aliter deus in celis. Tu habitas in domo.
et si subtracta fuerit, cadis. Deus autem sic habitat in celis.
ut si ipse discesserit cadant. Quicumque ergo sic por
tat deum. ut sit templum dei. non putet sic a se portari deum.
ut terreat deum si se subducat. Ve illi si se subtraxerit
deus, quia ipse cadit. Nam deus in se permanet. In quibus nos
habitamus, ipsa nos continent. In quibus deus habitat, ipse
illos continet. Iam videte quantum intersit inter nostram habi
tationem et dei. Et sic dicat anima ad te levavi oculos meos.
qui habitas in celo. ut intelligat quia deus nec celo indiget
ubi habitet, sed celum ipsum ipso indiget ut ab ipso ha
bitetur. Quid ergo sequitur. quia dixit ad te domine levavi oculos meos
qui habitas in celo. Quomodo levasti oculos tuos in celum?
Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum. et sic
oculi ancille in manibus domine sue. sic oculi nostri ad dominum deum
nostrum quousque misereatur nobis. Et servi sumus et ancille su
mus. Ille et dominus est et domina est. Aut quid sibi volunt verba
ista? Et quid sibi volunt iste similitudines rerum? Atten
dat aliquantum caritas vestra. Non mirum si servi sumus et il
le dominus est, sed mirum si ancilla sumus et illa domina est. Sed neque
hoc mirum, quia ancilla sumus. Ecclesia enim sumus. Nec illud mirum.
quia et ipse domina est, virtus est et sapientia dei. Audi ergo apostolum

dicentem. Nos aut̄ p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū. iudeis quidem scandalū. gentib; aut̄ stulticiā. Ipsis ū uocatis iudeis & grecis. xp̄m dī uirtutē. ꝛ dī sapientiā,
Cum ḡ audis xp̄m leua oc̄los tuos in manꝰ dn̄i tui,
Cum audis dī uirtutē. et dī sapientiā. leua oc̄los tuos in manꝰ dn̄e tue: q̄r seruus et ancilla es. Seruus quia pp̄ls es: ancilla q̄r ecc̄lia es. Ipsa aut̄ ancilla. magnā dignitatē inuenit apđ dn̄m: uxor facta ē. S; donec ueniat ad amplexus illos sp̄itales. ubi secure p̄fruat̄ eo quē dilex̄. & cui suspirauit. in ista diuturna. p̄egrinatione: sponsa ē. Et accepit arram magnā sanguinem sponsi: secura cui suspirat. Nec illi dr̄ noli amare. q̄modo dr̄ aliq̄ndo ūgini iam desponsate: et nondum nupte & iuste dr̄ noli amare: cū facta fueris uxor. tūc ama. Recte dr̄: q̄r p̄properū & p̄posterū desiderium ē. ꝛ non castū: eum amare cui nescit annubat.
Potest enī fieri ut alius sponsæ: et alius ducat uxorē.
Quia ū nullus ē alius q̄ xp̄o p̄ponat̄: secura amet ista.
Et ante q̄m illi iungat̄ amet. ꝛ de longinquo suspiret: & de longinq̄ p̄egrinatiōe solus ducit. q̄r sol⁹ talem arrā dedit. Quis enī potest sic ducē. ut moriat̄ p̄ ea q̄m uult ducē? Si enī mori p̄ ea uoluerit: non erit q̄ ducat. Securus aut̄ ille p̄ sponsa mortuus ē: q̄m resurgens erat ducturꝰ. Verumptamn̄ frēs: interim sim⁹ quom̄ serui

& ancilla. Dictum ē. quidem non uos dicā seruos
sed amicos: sed forte solis discipulis dix̄ dns. Audi &
aplm paulū dicentē. Itaq; iam inqd. non ē seruus
s; filius. Si aūt filius: & heres p dm. Populo dicebat,
Iam g in nōie dni redēpti sanguine ipsi. loti lauacro
ipsi: filii sum. filius sum: q sic uniti sum. ut in
illo un sum. Quid sibi g uult qd adhuc tāqm serui loq
mur: Nonqd tantū meritū habē possum in ecclia.
qtamuis iam filii facti ex seruis. quantū habuit ipse
apls paulus: Et tam qd dic in epla: Paulus seruus xpi
ihu. Si ille se adhuc dicit seruū. p quē nob euuglium
pdicatū est. qnto magis nos debem agnoscere cōdicionē
nram. ut maior sit in nob gra ipsi: Primo eni seruos
fecit: quos redemit. Sanguis eni ille: p seruis pcium
est. Prosponsa: pign ē. Agnoscentes itaq; cdicionē nram.
& si iam filii pgram: serui tam pp creaturā. quia
uniusa creatura deo seruit: dicam. Sic oculi seruorum
in manu dnorū suor & sic oculi ancille in manib; dne sue:
sic oculi nri ad dnm dm nrm. donec misereat nri. Dix:
& quare. Sic serui oclos habent in manu dni sui. et sicut
ancille, oclos in manib; dne sue: sic oculi inqd nri ad dnm dm
nrm & quasi quereres ut qd: Quo adusq; inqd misereat
nri. Quales g seruos uoluit intelligi frs: Qui oclos hab
ent in manus dnorū suor. Et quales ancillas: Que oclos
habent

in manibus dominae suae: quo adusque misereatur domina eorum.
Qui isti sunt servi et ancillae qui sic habent oculos in manibus
dominorum suorum. et qui iubentur cedi? Oculi nostri ad dominum
deum nostrum: quo adusque misereatur nostri. Quomodo? Sicut oculi
servorum in manibus dominorum suorum: et sicut oculi ancillae in ma
nibus dominae suae. Ergo et illi et ille: quo adusque misere
tur dominus vel domina. Fac ergo aliquem dominum iussisse servum cedi,
vapulat servus. sentit plagarum dolores: adtendat ad
manum domini sui. quo adusque dicat parce. Manum enim ipsam
potestatem dicit. Ergo quid dicimus fratres? Iussit nos cedi dominus
noster. et domina nostra sapientia dei. iussit nos cedi: et in hac vi
ta vapulare. Tota vita ista mortalis: plaga nostra est. Audi
vocem psalmi. Pro iniquitate erudisti hominem: et tabescere fe
cisti sicut araneam animam meam. Adtendite fratres quam infirma
est aranea: ut levi tactu conquassetur et moriatur. Et ne quasi carnis
solam infirmitatem mortalitatis putaremus nos habere tabidam:
non dixit tabescere fecisti me. ne secundum carnem intelligeremus.
sed ait. Tabescere fecisti sicut araneam animam meam. Nichil enim
infirmius. Anima mea posita est in mediis temptationibus
seculi. in mediis gemitibus et parturitionibus molestiarum. Nichil
est infirmius. donec hereat soliditati celesti et sit in templo
dei: unde iam non cadat. Quia primo ut veniret ad hanc in
firmitatem et tabificationem. sicut aranea infirma facta est. et de
paradiso expulsa est. Tunc iussus est servus cedi. Fratres mei, in

dicite ex quo uapulauimus. In omnibus qui ab initio generis
humani nati sunt. in omnibus qui postea nascentur.
in omnibus qui nunc sunt: adam uapulat. Vapulat adam
id est genus humanum: et multi sic obduruerunt. ut nec pla
gas sentiant. Qui autem ex ipso genere filii facti sunt: recep
erunt sensum doloris sentiunt se uapulare: et nouerunt
quis iussit ut uapulent. Et leuauerunt oculos ad eum qui
habitat in caelo: et sic sunt oculi eorum in manibus domini sui.
quousque misereatur. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum.
et sicut oculi ancille in manibus domine sue. Vides felices aliquos
in isto seculo ridentes. iactantes se: non uapulant. Im
mo peius uapulant. hoc ipso grauius ceduntur. quo
sensum iam perdiderunt. Euigilent et uapulent: sentiant
quia uapulant. Sciant quia uapulant: et doleant quia uapu
lant. Qui enim apponit scientiam: apponit dolorem. Hoc scriptu
ra dixit. Ideo dominus in euangelio. Beati lugentes: quoniam ipsi
consolabuntur. Audiamus uocem hominis qui uapulat. et
sint iste hymnus cuiusque nostrum uoces: et quando nobis bene est.
Nam quis non intelligat uapulare se quando egrotat. quando
in carcere est. quando forte in catena. quando forte latrones pa
titur. quando ab aliquibus improbis et aliquid molestie irro
gatur: Sentit uapulare se. Magnus sensus est. uidere
quia uapulat: et quando illi bene est. Non enim ait scriptura
in temptationibus habundat uita humana: sed ait;

Numquid non temptatio est uita humana super terram?
Totam ipsam uitam: temptationem dixit. Omnis ergo uita tua
super terram: plage tue sunt. Plange quamdiu uiuis in
terra: siue felicitatem uideas. siue in aliqua tribulatione con
stitutus sis: clama. Ad te leuaui oculos meos: qui habi
tas in celo. Ad manus domini qui te iussit cedi: cui dicens in
alio psalmo. Propter iniquitatem erudisti hominem: et tabes
cere fecisti sicut araneam animam meam. Et clama ad manum
cedentis. et dic. Miserere nobis domine: miserere nobis.
Non sunt iste uoces uapulantium? Miserere nobis domine mi
serere nobis: quia multum repleti sumus despectione. Inplu
rimum repleta est anima nostra. obprobrium eis qui habundant:
et despectio superbis. Qui despiciuntur: contemnuntur. Omnes qui
secundum christum pie uolunt uiuere: necesse est patiantur obprobria.
necesse est contempnantur ab his qui nolunt impie uiuere: quorum
felicitas tota terrena est. Irridentur illi qui felicitatem uocant.
quam oculis uidere non possunt: et dicitur eis. Quid credis insane?
Vides quod credis? Reuersus est aliquis ab inferis: et retulit
tibi quid ibi agitur? Ecce quod ego amo: et uideo et fruor. Des
piceris: quia speras quod non uides. Et despicit te ille: qui
quasi tenet quod uidet. Attende ipse si tenet: noli tur
bari. Vide si ipse tenet. et non tibi insultet: ne cum putas
eum felicem in presenti. amittas ueram felicitatem futuram;
Noli turbari attende si tenet. Labitur hoc ab illo quod

tenet: uel ipse abeo quod tenet. Necesse est ut
transeat. aut ipse pres suas: aut res illius per ipsum.
Per quem transeunt res sue? Qui iniuste habere fecit erit.
Quomodo transit pres suas? Qui indiuites moritur. Quia cum
moritur: non eas secum affert ad inferos. Domum meam
habeo. iactauit se. Querit quoniam domum tuam? Quam mihi di
misit pater meus. Et ille unde habuit hanc domum?
Auus noster: illi eam dimisit. Recurre et ad proauum. inde ad
atauum. Et iam nomina non potest dicere. Nonne inde
pocius terreris. quia multos adtendis transisse per domum illam.
et neminem ipsorum secum illam tulisse ad eternam domum? Pater
tuus hic eam dimisit. Transiit per illam: sic et tu transibis.
Si ergo transitum habetis in domo uestra stabulum est transeuntium.
non habitatio, commanentium. Et tamen quia nos ea que futu
(et in futuram felicitatem speramus)
ra sunt speramus: et nondum apparuit quod erimus: quamuis
iam filii dei sumus. quia uita nostra abscondita est. cum christo in deo:
repleti sumus despectione id est. contemptu. ab his qui felicita
tem querunt uel habent in isto seculo. In plurimum repleta
est anima nostra. Obprobrium eis qui habundant: et despectio
superbis. Querebamus qui sunt qui habundant: expositum est. cum
dixit superbis. Quod est autem obprobrium: hoc est despectus. Et quod est.
qui habundant: hoc est superbis. Repeticio sententie est: et
obprobrium eis qui habundant. et despectio superbis. Quare ha
bundant superbi? Quia hic uolunt esse felices. Unde quando et ipsi
miseri sunt.

numquid habundant? Sed forte quia miseri sunt:
non nobis insultant. Intendat caritas uestra. Tunc
insultant forte quando felices sunt: quando se iactant in
pompa diuitiarum suarum. quando se iactant in uentosi
tate falsorum honorum. tunc insultant nobis. et quasi dicunt.
Ecce bene mihi est. fruor ego rebus presentibus. Recedant
a me: qui promittunt quod ostendunt non. Quod uideo
teneo. quod uideo fruor: bene michi sit in hac uita. Tu
securior esto. quia resurrexit christus: et docuit te quod in alia
uita daturus sit. Certus esto quia dat. Sed insultat
ille qui tenet. Ferto insultantem: et uidebis gemen
tem. Postea enim ueniet tempus: quando dicturi sunt illi
ipsi. hi sunt quos aliquando habuimus in derisum. Verba sunt
libri sapientie. quia predicit nobis scriptura que dicturi sunt
illi ipsi qui modo nos irrident. et qui nos despiciunt. et qui
bus impleti sumus obprobrio et despectione: que uerba habe
bunt tunc quando ueritate despicientur. Videbunt enim ad dex
teram fulgere quos secum commixtos contempserunt. cum fac
tum illis fuerit quod dicit apostolus. Cum christus apparuerit ui
ta uestra. tunc et uos apparebitis cum ipso in gloria. Et dicunt.
Hi sunt quos aliquando habuimus in risum et in similitudinem
improperii. Nos insensati uitam illorum estimabamus insa
niam: et finem illorum sine honore. Quomodo computati sunt inter
filios dei. et inter sanctos sors illorum est. Et sequitur meo sermo

Nota illa uerba. nos in sensati et cetera

ne. et adicient. Ergo errauimus a uia ueritatis: et iusticie
lumen non luxit nobis. et sol non ortus est nobis. Quid nobis profuit
superbia? Et diuiciarum iactancia quid contulit nobis? Ibi tu non
eis insultas: quia ipsi sibi iam insultant. Quod donec fiet fratres
fiat. leuemus oculos ad eum qui habitat in celo: et non ab illo tol
lamus oculos. quo adusque misereatur nostri: et liberet ab omni
temptatione. et obprobrio. et despectu. Huc accedit aliquando.
quod et ipsi qui sunt in flagello infelicitatis temporalis. insultant
nobis. Inuenies aliquem pro merito iniquitatum suarum. siue
occulto iudicio dei. siue manifesta dampnatione missum
in carcerem. portare cathenam: et ipse insultat. Et cum ei dic
tum fuit quare non bene uixisti? Ecce quo uenisti: male
uiuendo. Ille respondit. Quare illi qui bene uiuunt ista
patiuntur? Sed illi propterea patiuntur ut probentur. ut temptationibus
exerceantur. ut flagellis perficiantur. quia flagellat omnem filium
quem recipit. Et si unicum sine peccato flagellauit. et pro nobis
omnibus tradidit illum quomodo debemus nos flagellari. qui
fecimus quare flagellaremur? Cum ista dixeris illis. et
de infelicitate adhuc superbiunt: et afflicti non dum
humiliati. respondent et dicunt. Ista sunt uerba christi
anorum uanorum: qui credunt quod non uident. Sic et ipsi
insultant. Quid putamus fratres. quasi non eos comme
moratos in hoc psalmo cum diceret. et obprobrium eis qui
habundant. et despectio superbis? Quandoquidem

insultat a xpianis: et ab eis qui non habundant.
Sed cum sint in egestate et in erumpnis: nec ipsi ces
sant insultare. Certe ergo obprobrium eis qui habundant,
an forte nullus invenitur qui etiam positus in calami
tate insultet? Si non insultavit latro qui cum
domino crucifixus erat. Ergo si insultant et illi qui non
habundant, quare psalmus ait obprobrium eis qui habundant?
Si diligenter discutiamus: et ipsi habundant. Unde ha
bundant? Nam nisi habundarent: superbi non essent;
Alius enim habundat pecunia: et inde superbus est. Alius ha
bundat honoribus: et inde superbus est. Alius habundare
se iusticia putat: et inde superbit quod peius est. Qui viden
tur non habundare pecunia, iusticia sibi videntur
habundare adversus deum: et positi in calamitatibus
se iustificant. deum accusant et dicunt. Quid admisi.
aut quid feci? Et tu dicis respice. Recordare peccata tua:
si nichil fecisti. Titillatur aliquantulum conscientia. et re
dit ad se: et cogitat facta sua mala. Et cum cogitaverit
facta sua mala. nec sic confiteri vult. quia digne pa
titur: sed dicit. Ecce manifeste feci multa: sed multos
video peiora fecisse. et nichil mali pati. Iustus est contra
deum. Habundat ergo. et ipse plenum habet pectus iusticia:
quandoquidem deus illi videtur male facere. et ipse sibi videtur
iniuste pati. Et si dares illi navem gubernandam: fran

fragium iret cū illa. Vult aūt dm̄. exeunte de gu-
bernatiōe hui' mundi. ⁊ ipse tenere gubnacła crea-
ture et distribuere om̄ib; dolores. et leticias. penas ⁊
p̄mia. In felix anima. ⁊ q̄d miramur? habundat;
Sed habundat neq̄cia. habundat malicia. ⁊ eo plus
habundat nequicia. q̄ sibi uidet habundare iusticia.
At u̇ xp̄ian' homo non debet abundare. sed paupem
se debet cognoscere. Et si habet diuicias. scire debet
q non sunt ille uere diuicie ut alias desideret. Qui
eni diuitias falsas desiderat ueras non querit. Qui
aūt ueras querit. adhuc paup est. ⁊ recte dicit paup
et dolens ego sum. Rursus ille qui paup est. et neq̄cia
plenus est. unde dr̄ abundare? Quia displicet illi
q pauper ē. ⁊ iusticia ipsa uidet abundare in corde
suo aduersus iusticiā dī. Et que abundancia iusticie
nr̄e? Quantacumq; iusticia in nob̄ fuit ros est nescio
quis. ad illum fontem. ad saginā illā tantā stillicidia
quedā sunt. que uitam nr̄am molliant. et durā ini-
quitatē soluant. Modo desiderem' de pleno fonte iusti-
cie saginari. desiderem' ubtate illa saciari. de qua dr̄
in psalmo. Inebriabunt ab ubertate dom' tue. ⁊ torren-
te uoluptatis tue potabis eos. Hic aūt cū sim' inopes
ēē intelligam' nos et gentes. Non solum harū diuicia-
rum. q non sunt uere diuicie. sed ⁊ ipsi' salutis. ⁊ q̄n

sanum sumus intelligamus quia infirmamur. Quamdiu enim corpus hoc esurit. et sitit. quamdiu hoc corpus uigilando fatigatur. sedendo fatigatur. manducando fatigatur. quocumque se uerterit ad subsidium fatigationis. ibi inuenit aliam fatigationem. Non est ergo perfecta sanitas: nec in ipso corpore; Non sunt ergo ille diuitie. sed mendicitas: quia quanto magis abundat. tanto crescit inopia et auaricia. Non est ista salus corporis: sed infirmitas. Paregorizamur cotidie medicamentis dei; Que manducabimus et bibimus. medicamenta ipsa sunt: que nobis apponuntur. Fratres si uultis uidere qualis morbus nos habeat. qui ieiunat septem diebus: fame consumitur. Ergo illa fames ibi est: sed ideo illam non sentis. quia cotidie illam curat. Ergo nec ipsa sanitas nobis est perfecta. Intendat caritas uestra. quomodo nos intelligamus inopes ut gaudeamus ad eum: et leuemus ad eum oculos qui habitat in celo. Non sunt ille uere diuitie. Plus augent cupiditatem eis qui eas possident. Non est illa uera sanitas corporis: quia portatur infirmitas ubique defectiua. Quocumque se uerterit. deficit. In ipso adiutorio: non inuenies firmamentum. Lassatur stando: sede uult. Numquid uel sedendo durabit? Quod sibi elegit ut non fatigetur: ibi habet deficere. Lassatus est uigilando: dormiturus est. Numquid quia dormiuit non deficit. Lassatus est ieiunando: refecturus est. Si plus refecerit: inde deficit. In nulla re potest perseuerare ista infirmitas. Iusticia quid? Quamuis iusticie

inter tantas temptationes? Possumus continere ab homicidio. ab adulterio. a furtis. a periuriis. a fraudibus. Numquid ab iniquis cogitationibus? Numquid a suggestionibus malarum cupiditatum? Que est ergo iusticia nostra? Totum ergo esuriamus. totum sitiamus. et ueras diuicias. et ueram sanitatem. et ueram iusticiam. Que sunt uere diuicie? Celestis illa mansio in iherusalem. Quis enim dicitur diues in hac terra? Quando laudatur diues quid dicitur? Multum diues est. nichil illi de est. Laus certa laudantis illa est. nam illa non est. Cum dicit nichil illi de est. adtende si nichil illi de est. Si nichil cupit. nichil illi de est. Si autem adhuc cupit maiora que habet. adhoc accesserunt diuitie. ut egestas cresceret. In illa uero ciuitate uere erunt diuitie. quia ibi nichil deerit nobis deerit. quia nec indigebimus aliqua re et uera sanitas erit. Que est uera sanitas? Cum absorta fuit mors in uictoria. et cum corruptibile hoc induerit incorruptionem. et mortale hoc induerit inmortalitatem. tunc erit uera sanitas. Tunc erit uera et perfecta iusticia. ut nichil mali non solum facere, sed nec cogitare possimus. Modo autem inopes pauperes et egentes. dolentes suspiramus. gemimus. oramus. leuamus oculos ad dominum. quoniam et illi qui felices sunt in hoc mundo despiciunt nos. habundant enim. et illi qui infelices sunt in hoc seculo despiciunt nos. quia et ipsi habundant. et iusticia est in

corde ipsorum: sed falsa. Ideo non perueniunt ad ueram: quia
repleti sunt falsa. Tu autem ut peruenias ad ueram: esto egens
et mendicus ipsius iustitie. Et audi euangelium. Beati qui esuri-
unt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Explicit de
psalmo centesimo .xviii. Incipit de psalmo centesimo .xix.

Bene iam nostis fratres
fratrum. canticum graduum esse canticum ascensionis nostre: eandemque ascen-
sionem non corporis pedibus. sed cordis af-
fectibus fieri. Hoc sepe insinuauimus uobis.
Nec eadem sepius repetenda sunt: ut sit locus dicendi
que non dum dicta sunt. Et iste ergo psalmus quem nunc
uobis cantatum audistis: canticum graduum superscribitur.
Ipse est titulus eius. Cantant ergo ascendentes. et aliquando
tamquam unus cantat: aliquando tamquam multi. quia et
multi unus: quia unitas Christus. et in Christo membra Christi
cum Christo unum faciunt: et horum omnium membrorum
caput in celo est. Corpus autem etiam si laborat in terra:
non est precisum a capite suo. Desuper enim caput pro-
spicit: et consulit corpori. Nam si non consuleret:
non diceret illi persecutori adhuc Saulo. nondum
Paulo. Saule Saule. quid me persequeris? Et hec ob-
time nostis: et usitata sunt nobis. Non autem cum fasti-
dio eum memorentur eis quibus non exciderit: ut per eorum

patiencia redeant etiam in cor eorum: quibus exciderant. Sa
lubria enim sunt: et sepius dicenda. Siue ergo unus
cantet. et siue multi cantent: et multi homines unus
homo est. quia unitas est. et christus sic diximus unus est et
omnes christiani membra sunt christi. Quid ergo isti cantant:
hec membra christi quid cantant? Amant enim et amando
cantant desiderando cantant. Aliquando cum tribulatione
cantant: et aliquando exultando cantant. cum in spe can
tant. Tribulatio nostra enim in presenti seculo: spes uero nostra de fu
turo seculo. et nisi in tribulatione presentis seculi. consoletur
nos spes futuri seculi. perimus. Gaudium ergo nostrum fratres. non
dum est in re: sed iam in spe. Spes autem nostra tam certa
est: quasi iam res perfecta sit. Neque enim timemus promitten
te ueritate. Veritas enim: nec falli potest nec fallere.
Bonum est ut hereamus illi. illa nos liberat: si manserimus
in uerbo eius. Modo enim credimus: tunc uidebimus. Cum credi
mus: spes est in isto seculo. cum uidebimus: res erit in fu
turo seculo. Videbimus autem faciem ad faciem. Tunc autem uide
bimus faciem ad faciem: cum habuerimus corda mundata;
Beati enim mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Unde autem
corda mundantur. nisi per fidem? Sicut petrus in actibus
apostolorum ait. mundans fide corda eorum. Mundantur
autem corda nostra per fidem: ut possint esse idonea capere
speciem. Ambulamus enim nunc per fidem: nondum

per speciem: sicut apostolus dicit. Quamdiu sumus in
corpore: peregrinamur a domino. Et quid est, peregrinamur?
Per fidem enim ambulamus inquid: non per speciem. Qui ergo
peregrinatur: et per fidem ambulat, nondum est in patria,
sed iam est in via. Qui autem nec credit: nec in patria est,
nec in via. Sic ergo ambulemus tamquam in via simus:
quia ipse rex patrie factus est via. Rex patrie mee: dominus Iesus
Christus. Et ibi veritas: hic autem via. Quo imus? Ad veritatem.
Qua imus? Per fidem. Quo imus? Ad Christum. Qua imus? Per
Christum. Ipse enim dixit. Ego sum via: veritas et vita.
Dixerat autem aliquando: credentibus in se. Si manseritis in ver-
bo meo. vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem.
et veritas liberabit vos. Et cognoscetis veritatem in quo?
si manseritis in verbo meo. In quo verbo? Sicut dicit
apostolus: hoc est verbum fidei quod predicamus. Primo ergo
verbum fidei est. In quo verbo fidei si manserimus: cognos-
cemus veritatem: et veritas liberabit nos. Veritas inmor-
talis est. veritas incommutabilis est: veritas illud verbum
est. de quo dicitur. In principio erat verbum et verbum erat apud
deum: et deus erat verbum. Et quis hoc videt. nisi corde mundato?
Unde mundantur corda? Et verbum caro factum est: et habitavit
in nobis. Quod ergo manet verbum in se. veritas est: ad quam
venimus. et que nos liberat. Quod autem verbum fidei pre-
dicatur. in quo nos dominus vult permanere ut cognoscamus

ueritatem. Hoc ē uerbū caro factum ē. & habita
uit in nob. Credis in xp̄m natum in carne. & peruenies
ad xp̄m natū de deo. dm̄ apud dm̄. Exultantes cantēt
isti quos legim⁹. menbra ista xp̄i exultant iam. et can
tant istum psalmū. Et q̄s hic exultat. n̄ in spe sic clāt.
Et nob certa sit ipsa spes. & exultando cantem⁹. Non enim
qui cantant alieni sunt a nob. aut non in hoc psalmo uox
nr̄a est. Sic audite. tanq̄m nos ipsos audiatis. Sic audi
te. tanq̄m in speculo scripturarū nos ipsos attendatis. Cū
enī tanq̄m in speculum attenderis scripturas. ut exhila
ratur facies tua. Cum similem te inueneris exultatio
ni spei menbris quibusdam x̄i. que menbra ista cantarūt.
eris & tu in ipsis menbris. & cantabis ista. Cur ergo ista
cantant exultando. Quia euaserunt. Ergo spes ē. in q̄ cantat,
Cum enī hic sim⁹ & peregrinam⁹. nondum euasim⁹. Preces
serunt quidem menbra quedam de corpore illo. de quo
& nos sum⁹. que possunt in ueritate cantare. Et hoc can
tarunt sc̄i martires. Iam enī euaserūt. et in exultatiōe
cū xp̄o sunt. Recepturi corpora iam incorrupta. eadem
ipsa que p̄mo erant corruptibilia. in quibus passi sunt penas.
inde illis fiunt ornamenta iusticie. Ergo siue illi iam in
re. siue nos in spe coniungentes affectū coronis eorum. et
desiderantes talem uitā. qualem hic desiderauerimus.
cantem⁹ simul omnes & dicam⁹. N isi quia dn̄s erat

in nobis. Respexerunt enim quasdam tribulationes quas
passi sunt, et consideraverunt in eo iam loco et in bea
titudine et in securitate constituti, qua transierint,
quo venerint, et quia difficile erat inde liberari nisi ad
esset manus liberantis, et in gaudio dixerunt: Nisi quia dominus
erat in nobis. Sic ceperunt cantare. Nondum dixerunt
unde evaserunt, tanta exultatio est, nisi quia dominus erat
in nobis; dicat nunc Israel nisi quia dominus erat in nobis. Nunc
dicat: iam evasit. Evadentes enim, id est eos qui iam
evaserunt, constituit intuendos psalmus iste. Constitua
mus illos et nos in corde iam triumphantes, et tamquam
ibi et nos simus, sicut in superiore psalmo dictum est: Stantes
erant pedes nostri in atriis Jerusalem. Nondum ibi erant, sed
in via erant. Tanta autem leticia erat festinantium, et tanta per
veniendi spes, ut adhuc in via positi et laborantes iam
sibi illic constitutique viderentur. Sic et nunc ponamus nos in
illo triumpho quod erit in futuro seculo, quando insultabimus morti
iam finite, iam consummate, quando dicemus: Ubi est contentio tua?
Ubi est mors aculeus tuus? Iam communicet angelis exultantem
cum rege nostro qui primus resurgere voluit, qui minus prior mori
voluerit. Multi enim ante illum mortui sunt, sed ne
mo ante illum resurrexit in eternum. Exultantes autem
cum illo, et iam sibi spe et corde constituti, quia eva
simus, cogitemus quod evasimus, que scandala, quas tribu

lationes mundi. quas persecutiones omnium paga
norum quos * dolos hereticorum. quas suggestiones
diaboli quas cupiditatum conflictationes. omnia
ista quis euaderet. nisi quia dominus erat in nobis? dicat nunc
israel. Securus enim dicat israel: nisi quia dominus erat in nobis.
Quando? Cum insurgerent homines super nos;
Noli ergo mirari. uicti sunt: homines enim erant. Dominus autem
erat in nobis: non homo erat in nobis. Homines autem surre
xerunt. super nos: sed tamen obprimerent homines alios ho
mines. nisi in his hominibus quos non potuerunt obprimere. non
homo esset. sed dominus. Ergo nisi quia dominus erat in nobis: cum in
surgerent homines super nos. Quid facerent nobis o homines?
Ciuitatis et caritatis: et securi tenetis beatitudinem sempiternam;
Quid nobis facerent homines insurgentes in nos? Nisi dominus
esset in nobis quid facerent? Forsitan uiuos absorbuissent
nos. Viuos absorbuissent. Nam prius occidissent et sic
absorbuissent? O inanes: o crudeles. Nam sic sorbet
ecclesia petro macta et manduca dictum est: non uiuos ob
sorbe. Quoniam ergo petrus id est ecclesia mactat. et sic mandu
cat? Et quoniam isti qui exsurrexerunt super nos. forsitan uiuos
absorbuissent nos. nisi quia dominus erat in nobis? Quia in ecclesie
corpus nemo intrat: nisi prius occisus. Moritur quod fuit:
ut sit quod non fuit. Alioquin non occiditur: et non man
ducatur ab ecclesia. Esse in numero populi potest. qui uidetur ecclesie

humanis: in numero autem populi qui cognitus deo est.
de quo dicit apostolus. nouit dominus qui sunt eius: non potest
esse non manducatus. nec manducari poterit: nisi primo
mactatus. Venit paganus. adhuc in illa ydolatria
uiuit: inserendus est membris christi. Inseratur necesse
est ut manducetur. Sed non potest manducari ab ecclesia:
nisi primo mactatus renunciet seculo. Tunc mactatur. Credat
in christum: tunc manducatur. Quomodo ergo illi uiuos ab
sorbuissent nos. nisi quia dominus erat in nobis: Surre
xerunt enim multi persecutores aliquando: et nunc non
desunt. singillatim insurgunt. et aliquos uiuos absorbent,
sed in quibus non est dominus. Ideo ante omnia illi dixerunt.
nisi quia dominus erat in nobis: quia multi sorbentur. in quibus non est dominus;
Hi sunt qui uiui sorbentur: qui sciunt esse malum. et
lingua consentiunt. Surrexerunt enim quidam persecutores.
et dixerunt hominibus. Turificate. Si non feceritis: occidi
mus uos. Illi amauerunt hanc uitam. et dulcedo huius
uite tenuit eos. non plus dilexerunt ea que promisit deus:
quam ea que uidebant in terra. Illa enim credere uideban
tur que nondum uidebant. Ista que amabant: uide
bant. Plus retinentes ea que uidebant: excluserunt
dominum de cordibus. Et quia non erat in eis dominus: uiui absorti
sunt. Quid est uiui absorti sunt? Turificando ydolis. sci
entes quia nichil est ydolum. Nam si aliquid putarent esse ido

uum: mortui absorberentur. Cum autem putant nichil
esse idolum. et nouerint omnia illa gentilium uana
esse. uiuunt tamen cum faciunt quod uolunt persecutores. ui
ui absorberentur. Sed ideo uiui absorbentur: quia non in eis est
dominus. In quibus autem inest dominus. occiduntur: et non moriuntur.
Qui autem consentiunt et uiuunt: uiui absorbentur. absorti
moriuntur. Isti autem qui passi sunt et non consenserunt tribula
tionibus: exultant et dicunt. Dicat nunc israel: dicat exultans.
dicat securus. Nisi quia dominus erat in nobis. cum insurgerent
homines super nos: forsitan aqua uiuos absorbuisset nos.
dum irasceretur furor eorum super nos. Nostis fratres in aliquo de
superioribus psalmis. inicio ipso canticorum graduum contra
linguam subdolam petisse auxilium quendam. qui cepit as
cendere et dicere. Domine erue animam meam. a labiis iniustis
et a lingua dolosa. Primo enim cum ceperit homo ascen
dere et proficere. in ipso exordio ascensionis. linguas dolo
sas patitur. Blandas ad principium. blandas ad mala suasionem;
Quid facis? Quare hoc facis? Alter enim uiuere non
potes. seruire aliter deo non potes? Tu solus es qui uis
hoc esse quod alii non possunt? Et si inueneris aliquos
qui tecum sunt: illa blanda et dolosa lingua quid dicat?
Ecce illi potuerunt. forte non poteris tu. aggrederis: defi
cies. Et melius erat non incipere: quam cepisse et defe
cisse. Lingua dolosa adhuc blanditur. Si perseueraueris

nota

vincitur lingua dolosa: et blandiens incipit esse
aperte seviens. Et que blandiebatur ut se duceret:
minatur ut terreat. Sed si dominus est intus et non reliqueris
de corde tuo christum. quoniam psagittas acutas et carbo
nes desolatorios. Vicisti linguas dolosas. id est. verba
dei quibus transfixum erat cor tuum et per exempla iustorum
qui de mortuis vivificati sunt: de peccatoribus facti sunt iusti;
Quoniam carbones de morte reviviscunt. Quoniam ergo illos
vicisti sagittis et carbonibus desolatoriis. dolose blan
dientes et blandiendo seducentes: sic istos vinces
iam irascendo comminantes. quia blandiendo sedu
cere nequiverunt. Victi sunt cum blandirentur: vin
cantur et cum comminantur. Sed vincuntur quomodo. nisi quia
dominus erat in nobis? Manifestum est quia tu non vicisti:
sed ille vicit qui est intus. Imperatorem talem portas et
vinceris? Nonne ille est quem portas qui dixit. ego
vici seculum? Nonne prior moriens vicit diabolum.
cum semper esset super omnem creaturam. quia verbum deus est
apud deum? Quare vicit. nisi ut te doceret et cum diabo
lo dimicare? Et tamen iam doctus es. non sit ille qui prior
te vicit: vinceris. Nisi quia dominus erat in nobis, dum
insurgerent homines super nos forsitan vivos ab
sorbuissent nos. Cum irasceretur furor ipsorum
super nos. Iam irascuntur iam aperte seviunt. Fo

sitan aqua demersisset nos. Aquam dicit populos peccatores. Et videbimus qualem aquam in consequentibus. Qui enim consensisset illis, aqua illum operuisset. Moreretur enim morte Egyptiorum, non transiret exemplo Israelitarum. Nostis enim fratres quia per aquam populus Israelitarum transiit, et ipsa aqua populus Egipciorum coopertus est. Aqua inquit demersisset nos. Sed qualis est ista aqua? Torrens est; fluit cum impetu, sed transitura est. Torrentes enim dicuntur fluvii qui repentinis imbribus crescunt. Magnum habent impetum. Quisquis incurrerit, trahitur; sed in quo dominus non est. In quo autem dominus est, transit torrentem anima ipsius. Adhuc fluit torrens; sed iam transiit anima nostra. Adhuc quamdiu seculum hoc nascendo et moriendo currit, torrens est. Hinc persecutiones. De isto torrente hinc bibit ille primus caput nostrum, de quo dictum est in psalmo: De torrente in via bibit. De torrente aqua illa, que significat populum persecutorem. Inde bibit ille qui dixit discipulis: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? De torrente in via bibit. Quid est in via bibit? Transiens bibit, non haesit. In via bibit, quia de illo fonte dictum est: Et in via peccatorum non stetit. Transiens bibit. Et quod inde dictum est: Propterea exaltavit caput. De torrente enim quod in via bibit, propterea exaltavit caput. Exaltatum est enim iam caput nostrum, qui de torrente in via bibit, passus est enim dominus noster. Si ergo iam exaltatum est

explicatio illius versiculi De torrente in via bibit

caput nostrum. quid timet corpus torrentem? Sine
dubio quia caput exaltatum est: et corpus dicit postea;
Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransivit
anima nostra. aquam sine substantia. Ecce qualem aquam
dicebat: forsitan aqua demersisset nos. Qualis autem aqua
est sine substantia? Quid est sine substantia? Primo quod
est: forsitan pertransivit anima nostra. Quomodo potuerunt enim
latini expresserunt: quod greci dicunt ΑΡΑ Sic enim habent
greca exemplaria ΑΡΑ quia dubitantis verbum est:
expressum quidem dubitationis verbum quod est fortasse;
Sed non omnino hoc est. Possumus illud verbo dicere. minus
quidem latine constructo. sed apto ad intelligentiam
vestram quod punici dicunt. IAR. Non latinum: sed
quando dubitant. hoc greci. ΑΡΑ. hoc latini possunt
vel solent dicere. putas. Cum ita loquuntur. putas eva-
si hoc? Si ergo dicatur forsitan evasi. videtis quia non hoc
sonat. Sed quod dici putas. usitate dicitur: latine non ita dicitur;
Et potui illud dicere cum tractarem vobis. Sepe enim et verba
non latina dico. ut vos intellegatis. In scriptura autem
non potuit hoc poni: quod latinum non esset. Et deficiente
latinitate: positum est pro eo quod non hoc sonaret. Sic tamen
intelligite dictum. Putas pertransivit anima nostra aquam sine
substantia? et quare dicunt putas? Quia magnitudo
periculi vix facit credibile quod evasit. Magnam necem pro

tules in imaginis discriminibus fuerunt omnino sic psalt. sic.
ut pene unu consentirent. ut pene unu absorberentur,
Iam ergo euadentes. tam securi. sed ipsius pericli magnitudi
nem recordantes. putas inquiunt pertransiit anima nostra
aquam sine substantia? Que est aqua sine substantia. nisi aqua
peccatorum sine substantia? Peccata enim non habent substan
tiam inopiam habent non substantiam. Egestatem habent:
non substantiam. In ista aqua sine substantia: perdidit ille
minor filius totam substantiam suam. Nostis enim quia minor
filius peregrinatus est: et dixit patri. da mihi portionem substancie
que me contingit. Unde est uis? Melius apud patrem seruatur.
Tua est. Dilapidare illam uis: proficisci uis longius. da mihi.
Sed dat mihi: dedit illi. Profectus in regionem longinquam:
uiuendo prodige cum meretricibus perdidit substan
tiam totam. Egens remansit porcos pauit. in egestate sua
patris diuitias recordatur. Nisi enim eum egestas pulsa
sset, illam satietatem non desideraret. Considerent ergo omnes
peccata sua. uideant si habent substantiam ipsa peccata;
Propter quod irritauit dominum peccator? Sed non uides peccatum
tuum antequam facias. uel si iam fecisti: considera. dul
cedo huius seculi. ad tempus fauces inculcat: in magnam
amaritudinem postea conuertetur. Ecce peccasti: et lucrum
fecisti. Unde est quod fecisti? Lucrum. Ut lucrum faceres:
ofendisti dominum. Ut augeres pecuniam fides diminuta
ta est.

explicatio illius
da mihi substan
tiam que me con
tingit. Aug.

et aurum crescit. Quid perdidisti, et quid adquisisti?
Quod adquisisti: aurum uocatur. Quid perdidisti:
fides uocatur. Compara . fidem auro. Si uenalis esset
in nundinis fides haberet pretium? Lucra tua cogitas,
damna tua non cogitas? de archa tua gaudes. de corde
non plangis? habundas nescio quid in archa tua. sed
uide quid diminutum sit in corde tuo, Cum aperueris ar
cham: inuenies solidos qui non erant;. Bene. quia gaudes esse
ibi quod non erat. Attende archam cordis. Erat ibi fides: et
non est. Si hac gaudes. quare hac non plangis? Plus perdidisti
quam adquisisti. Uis uidere quid perdideris? Nec naufragio tibi
posset auferri. Nam aliquando perdunt omnia homines in
mari. et nudi exeunt. Multi naufragauerunt cum paulo,
amatores huius seculi. passi sunt naufragium. et nudi omnes
exierunt. Illi et quod foris habebant amiserunt: et domum
cordis sui inanem inuenerunt. Paulus autem in corde fere
bat patrimonium fidei sue: nullis fluctibus. nullis tem-
pestatibus. potuit auferri. Nudus exiit: et diues exiit;
Tales diuicias querere debemus. Sed non eas uideo: dicis mihi;
Stulta anima. non eas uides oculis carnis tue: habeto
oculum cordis. et uides eas. Sed non uides fidem. Quare illam
uides in altero? Quare clamas quando tibi frangitur. si non
eam uides? frangat tibi aliquis fidem: clamas. Uis ergo
tibi exhiberi. et tunc uides. Cum petitur ut exhibeas.

titine non uides. Quod clamat alium nō habere
erga te: plange te non habere erga aliū. Et uide quia
peccatū qd facis: sine substancia ē. Quod enī adquiritur
de peccato. uidetur ee substancia: sed et hoc nō adquiritur.
Ille enī habet aurū: qui nouit uti auro. Qui aut uti
auro non nouit. habetur non habet. Possidetur n possidet,
Esto te dn̄s auri: et n seruus auri. Ita et aurū ds̄ fec: et te sup
aurū ds̄ fec. Aurū fecit ad subsidiū tuū: et te ad imagi
nem suā. Vide qd sup te est: et calcas qd infra te ē. Quid
ergo adquisisti: Vis uidere qd aqua sine substancia sit: Tolle
tecū ad inferos quod adquisisti. Quid facturus es: Adquisisti
aurū. pdidisti fidem. Post paucos dies exis de hac uita.
aurū quod adquisisti pdita fide: auferre tecū n potes;
Cor tuū inane fidei ad penas exit: qd plenū fide ad coronā
exiret. Ecce nichil ē: qd fecisti. ppter nichil dn̄m offendisti.
Aqua sine substancia ē: que te demsit. Propter quod irritauit
dn̄m peccator: Confundantur iniqui facientes uana. Nemo enī
non inanitus uniqui fac. sed nemo considerat. Sunt
homines. audiunt prouerbium illud uulgare. et prouerbia
dici dormitant mens. Quod prouerbiū: Malo qd teneo. quam
qd spero. O infelix qd tenes: Ecce dicis malo qd teneo. Tene
sic ut nō ad mutas. et dic: malo qd teneo. Si aut non tenes:
quare non illud tenes. qd non potes amittere: Quid ergo
tenes: Aurū. Tene ergo si tenes: non tibi auferatur inuito;

Si autem et paruum trahens quo non uis. et ideo
te querit maior raptor quia inuenit minorem
raptorem. ideo te querit maior aquila quia priorem cepisti le-
porem. Preda est fuit minor: preda eris maiori.
hec non uident homines in rebus humanis: tanta
cupiditate cecantur. Mira res est fratres. horrent quod consi-
derant. Querit potentior infirmiorem: et querit eum
obprimere. Non ob aliud nisi propter quod habet. Et hoc
ipse propter quod ille patitur tribulationem: ad se con-
gerit. Non adtendebat quando illum persequebatur. Ille
fugiebat. ille torquebatur. ille timebat. ille ubi se
absconderet querebat. Unde pateretur ista mala: nisi
quia habebat? Vel in illo disce quod fugias. quia si res que
illum torquebat te persequente ne auferretur a te. et te
sic habet torquere. alio persequente. Adtendis quam
pinguis est. Si propterea illum queris quia pinguis est: time
pinguescere ne alter te querat. Et omnia inaniter
fiunt. Quere sine tenebre occurrit. Quere quare?
Nichil occurrit. Ergo exultent et letentur in christo. qui dicit
pertransiit anima mea aquam sine substancia: et recipi-
ant substanciam suam. Perdiderunt illam uiuentes prodige.
sed non pauper factus est pater. Redeant et inueniant ibi di-
uicias. quas in longinqua peregrinatione cum meretricibus
consumpserunt. Euadant aquam sine substancia: et dicant,

Benedictus dominus qui non dedit nos in captione dentibus
eorum. Venantes enim erant persequentes et posuerunt escam in
muscipula. Quam escam? Dulcedinem uitae huius. ut unus
quisque propter dulcedinem uitae huius uitia immittat caput in ne
quitiam et muscipula comprimatur. non illis quibus erat
dominus. Illi qui dicunt nisi quia dominus erat in nobis: non capti
sunt in muscipula. Clama. Benedictus dominus. qui non dedit
nos in uenatione dentibus eorum. Anima nostra sicut
passer erepta est de muscipula uenantium. Quare sicut
passer? Quia incauta ceciderat sicut passer. Et poterat
dicere postea ignoscet mihi dominus. O passer instabilis. fige po
tius pedes in petra. noli ire in muscipulam. Caperis. Sume
ris. obtinueris. Sit inte dominus. ex de maioribus immis. eruet
te de muscipula uenantium. Quomodo si uideas auem uelut
iam cadere in muscipulam facis maiorem strepitum et uolet
de muscipula: sic et martires iam forte aliqui ipsorum tinen
debant collum in dulcedine uitae huius. dominus qui erat in illis
fecit strepitum gehennarum: et erutus est passer de muscipu
la uenantium. Anima nostra sicut passer erepta est de muscipula
uenantium. Et quid? Semper erit illa muscipula? Muscipula
erat dulcedo huius uitae. Illi non essent in muscipula: et
occisi sunt. Illis occisis: muscipula fracta est. Iam non
remansit dulcedo uitae huius. per quam possent iterum capi.
sed illa contrita est. Numquid et passer contritus est? Absit.

Quia in ipsa anima est erat. ideo sicut passer erepta est anima de muscipula uenantium

Quia non heserat in muscipula. Contrita est & nos
eruti sumus. Clament ergo qui eruti sunt: uolent ad dominum.
Triumphent in deo quia eruti sunt: quem dominus eruat ne eius mu-
scipula caperentur. Quare muscipula contrita est et nos
eruti sumus? Vis scire quare? ADIUTORIUM NO-
strum in nomine domini: qui fecit celum et terram. Nam si ad-
iutorium hoc non esset. non quidem eterna manet muscipula:
sed cum captus esset. contereretur passer. Nam uita ista transitura
est. Et qui dulcedine eius capti fuerint et per hanc dulcedinem
offenderint dominum: cum ista uita transibunt. Nam contereretur
muscipula: certi estote. Omnis dulcedo uite istius presentis non
erit: impleta sorte loci sui. Sed opus est non herere. ut quando
contereretur muscipula: tunc exultes et dicas. Muscipula
contrita est: et nos eruti sumus. Sed ne putes te uiribus
tuis hoc posse. adtende cuius est. opus ut eruaris. Nam si
superbieris. in muscipulam cadis: et dic. Adiutorium nostrum
in nomine domini: qui fecit celum et terram. Psalmus tractatus est:
et quantum dominus adiuuare dignatus est. ut puto exposi-
tus. Crastino etiam die sermonem deberi caritati uestre:
obtinemus nostris. Adestote: et adiuuate nos orationibus
uestris. Pollicitationis etiam uestre meminisse debetis. Hec
dicere quod essem tracturus: si adiutari uolens studio fidei
et orationum uestrarum. Meministis enim me promisisse uobis debere
tractare: quod dictum est in euangelio. Lex per moysen data

gra et ueritas p ihm xpm facta e. Solent eni homines heretici. maxime manichei reprehendere legem. et dicere: qa nō ds illam dedit. Exponend' e. eni locus iste: ut cognoscat qr et ds legē dedit. et lex per moysen data est: ut non saluaret. pp certā causam. Non saluabat lex: ut lator legis ipse inpator desideraretur. q indulgentiam daret peccantib3. Et data qdem lex eet p moysen: gra aut et ueritas p ihm xpm fieret. Ad hoc intentos nos facere uolui. Ad erit dns misericia. non ex meritis nris: sed forte p merito desiderij uri. Neq; ex facultatib3 nris. s; ex habundancia donorū suor: ut sic tractet res satis necessaria hominib3 positis in nouo testamto. ut omnino nullas latebras inueniat inimicus. ubi se occultet ad decipiendos fideles. Explic de psalmo c. tercio. Incip de psalmo. centesimo. vicesimo quarto;

Psalmus iste pertinens ad numerum canticorū graduū. de quo titulo in aliis iam multa diximus. et repetere nolumus. ne uos obtundam' poti' qm instruam'. docet nos ascendentes et leuā tes ad dnm dm nrm animas nras affectu caritatis atq; pietatis. non intendere in homines q prosperantur in hoc seclo felicitate falsa atq; uentosa. et prorsus seductoria. ubi nichil aliud nutriunt qm.

superbiam. et cor eorum congelescit adversus deum. et fit du
rum adversus imbrem gratie ipsius. ne fructum ferat.
Presumentes enim omnia sibi habundare que videntur
huic vite necessaria. et ultra quam necessaria. extolli
tur. Et cum sint homines per iniquitatem inferiores omnibus
hominibus: per superbiam superiores se putant omnibus homi
nibus. atque utinam sic alios. vel omnes se esse deputarent.
Hos autem aliquando intuendo et nimis attendendo. etiam illi
qui deum colunt fluctuant et nutant. quasi perierit mer
ces ipsorum quare colunt deum: cum se viderint in laboribus.
in egestate: in erumna. in morbo. in dolore: in aliqua
necessitate. et vident alios habere sanitatem corporis.
habundare temporalibus in columitate suorum gaudere. in
tore honorum florere. eos quos non solum deum non colunt. sed
omnibus hominibus adversantur: attendentes eos nutant. et dicunt
apud se quod aperte scriptum est. in quodam psalmo. Quo
modo scivit deus. et si est sciencia in excelso: Ecce ipsi pecca
tores et habundantes in seculo obtinuerunt divicias. Et sequitur.
Numquid vane iustificavi cor meum. et lavi inter innocentes
manus meas: Numquid forte vanus fui qui volui iuste vi
vere. id est et innocenter inter homines conversari. quando scio eos
qui nolunt servare innocenciam habere tantam felicitatem.
et insultare iustis per iniquitates felices: Sed quis illud ibi dixit
in psalmo: Cuius nondum erat rectum cor. Sic enim cepit ipse psalmus.

Nota de mu
tantibus et flu
ctuantibus qui de
um colunt

de quo in testimonium dedimus: non est iste quem considerandum et tractandum modo suscepimus. Sed ubi dictum est quod scivit Deus, et si est scientia in altissimo: ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt divitias. Numquid vane iustificavi cor meum, et lavi inter innocentes manus meas? Ille ergo psalmus ubi videtis quia nutant pedes, ubi videtis quia periclitatur anima: sic coepit. Quam bonus Deus Israel rectis corde. Mei autem paene commoti sunt pedes: paulominus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelavi in peccatoribus: pacem peccatorum intuens. Inde ergo dicit commotos pedes suos et paene effusos gressus lapsu ad ruinam a Deo: quia intuitus est insuper felicitatem peccatorum et vidit eos habere pacem: se autem laborem. Narravit autem hoc cum iam evasisset, cum iam correcto corde Deo inhaesisset: narravit praeterita pericula sua. Ergo bonus Deus Israel. Sed quibus? Rectis corde. Sed qui sunt recti corde? Qui non reprehendunt Deum. Qui sunt recti corde? Qui voluntatem suam ad voluntatem Dei dirigunt: non voluntatem Dei ad voluntatem suam curvare conantur. Breve praeceptum est: ut homo dirigat cor suum. Vis habere rectum cor? Tu fac quod vult Deus: noli velle Deum facere quod vis tu. Pravi cordes ergo sunt id est qui rectum cor non habent: qui sedent et disputant. Quomodo debuit facere Deus? Non laudando quod fecit, sed reprehendendo: corrigere illum volunt; pravi sunt quia corrigi ab eo nolunt: et dicunt. Non debuit

Explicatio Psalmi 72. incipientis Quam bonus Israel Deus.

d's facere paupes. s; soli diuites ee debuerint. &
ipsi soli seruire. Ut qd factus e paup. Ut qd uiuit.
Rephendit d'm pauperi. Quanto melius eet paup
di & diues eet de deo. hoc e. sequeret uoluntate di.
et uideret paupertate sua teporalem ee & transitor
iam. diuitias aut sibi spiritale ita uenturas
ut nullo pacto possint perire. & abere indiuiss
cordis fidem. si ei non contingat auru habe in ar
cha. Quia si auru haberet in archa. furem timeret.
& auru de arca etiam nolens pderet. fide aut de
corde non pderet. si ipse illam non inde expulerit.
Cito aut responderi potest heretico. Fec d's paupem
ut pbet hominem. & fec d's diuite ut probet illum
de paupe. & oia que fec d's recte fecit. & si no possum
uidere psiliu ipsi. quare illud sic fec & illud sic. bonu
e nob ut subdam nos sapientie ipsi. & credam quia
bene fec. & si non dum nouim quare sic fec. & habebi
mus cor rectum. ut psumam & cofidam in dno. &
non mouebunt pedes nri. & sic in nob ascendentib. unde
cepit iste psalm. Qui cofidunt in dno sic mons syon
no comouebit in etnu. q habitat in ihrlm. Q sunt
isti. Ipsi non comouebunt in etnu. q habitat in ihrlm.
Si aute ihrlm intellexerim. om̄s qui illic inhabitant bel
lis & eusione ipsi ciuitatis exclusi sunt. Modo quer

iudeum in civitate ierusalem: et non invenies. Certe ergo
non movebuntur in eternum: qui habitant ierusalem. Est enim
est alia ierusalem de qua multa soletis audire. Ipsa est mater
nostra. cui suspiramus et gemimus in ista peregrinatione: ut ad il-
lam redeamus. Erraveramus ab illa: et viam non habebamus. Rex ip-
sius venit. et via nobis factus est: ut ad illam redire possemus.
Ipsa est illa. ubi stantes erant pedes nostri in atriis ierusalem: sicut
audistis in psalmo canticorum graduum superiore iam tractato
nobis exposito qui interfuistis. cui suspirabat ille qui cantabat.
Ierusalem que edificatur ut civitas: cuius participatio eius in idipsum.
Qui ergo ibi habitabant: non movebuntur in eternum. Qui autem
habitaverunt. in ista ierusalem primo corde moti sunt: postea et ho.
Quando moti sunt corde et ceciderunt: tunc regem ipsius superne
ierusalem crucifixerunt. Iam spiritaliter foris erant: et christum regem
foras excludebant. Eiecerunt enim illum extra civitatem suam:
et foras crucifixerunt. Et ipse eiecit illos extra civitatem suam. id est
eternam ierusalem: matrem omnium nostrum que est in celis. Qualis est ista
ierusalem? Breviter describit eam. Montes in circuitu eius. Magnum aliquid
esse nos in ea civitate. quam circumdederunt montes. Non enim non novimus
montes? Aut qui sunt montes. nisi tumores terrarum? Alii sunt ergo mon- *Nota qui sint montes.*
tes amabiles. montes excelsi. predicatores veritatis: sive angeli.
sive apostoli. sive prophete. Ipsi sunt in circuitu ierusalem. ambiunt
illam: et quasi murum illi faciunt. De his montibus amabilibus
et delectabilibus: assidue scriptura loquitur. Advertite cum vel

abc

audistis uel legistis pluribus locis inuenistis montes delecta
biles quamquam et nos possumus commemorare. Verumptamen
quantum dominus suggerit. delectat nos de his montibus multa
dicere. et diuina testimonia de litteris sanctis occurrunt nobis.
Ipsi sunt montes qui illuminantur a deo. Et prius illumina
tur. ut ab ipsis lumen descendat ad ualles uel ad colles. quia
non tante sunt altitudinis. quante sunt montes.
Ipsi sunt per quos nobis erogatur scriptura siue in prophetis.
siue in apostolis. siue in euangelio ipsi sunt montes. de quibus
cantamus. leuaui oculos meos in montes. unde ueniet au
xilium mihi. Quia de scripturis sanctis in hac uita habemus
auxilium. Sed quia ipsi non a se preguntur. nec a se ipsis nobis
consulunt. nec spes nostra debet esse in montibus. ne maledicti simus
qui spem in homine ponimus. tamen dixerat. leuaui oculos meos
in montes. unde ueniet auxilium mihi. auxilium meum inquid a domino.
qui fecit celum et terram. Ipsi sunt montes de quibus item dicitur.
Suscipiant montes pacem populo tuo. et colles iusticiam. Montes
magni sunt. colles minores sunt. Montes ergo uident. colles
credunt. Qui uident pacem susceperunt. et attulerunt a deo
quod credunt. Qui enim credunt susceperunt iusticiam. quia iustus
ex fide uiuit. Angeli uident. annunciant quod uident. et credi
mus nos. Unus Iohannes ille in principio inquid erat uerbum. et uerbum
erat apud deum. et deus erat uerbum. Videbat. predicauit nobis ut
crederemus. Et montes suscipientes pacem. susceperunt colles

iustitia. Quia de ipsis montibus quod ait: Non dixit a se
habent pacem, uel instituunt pacem, uel generant pacem:
sed suscipiunt pacem. Unde suscipiunt pacem: dominus est. Sic ergo
leua oculos tuos ad montes propter pacem: ut auxilium tuum a domino
sit qui fecit caelum et terram. Rursus illos montes commemorans
spiritus sanctus ait hoc: Inluminans tu mirabiliter a montibus aeternis;
Non dixit inluminat montes: sed inluminans tu a montibus
aeternis. Per montes istos quos aeternos esse uoluisti, praedicantes euangelium
tu inluminas: non montes. Tales ergo montes: in circuitu Ihe
rusalem. Et ut noueritis quales sunt montes in circuitu
eius: ibi commemorauit montes bonos scriptura. ualde raro
est difficile aut forte numquam: et non statim ibi nominat dominum.
aut quid significat. ne spes remaneat in montibus. Ecce uidete:
quam multa commemoraui. Leuaui oculos meos in montes: unde ue
niet auxilium mihi. Et ne ibi remaneas: auxilium meum inquid
a domino: qui fecit caelum et terram. Rursus suscipiant montes pa
cem populo tuo. Cum dixerit suscipiant. ostendit alium esse fontem pacis:
unde illi suscipiunt. Rursus a montibus illuminans: sed tu
dixit. Illuminans tu mirabiliter: a montibus aeternis. Item
hoc loco cum dixisset montes in circuitu eius. ne tu rursum
remaneres in montibus: statim subiunxit. Et dominus in cir
cuitu plebis suae. Ut tua spes non sit in montibus: sed in
illo qui illuminat montes. Cum enim ille habitat in mon
tibus id est in sanctis. ipse est in circuitu plebis suae: et ipse

inuitabit plebem suam munimento spiritali ne moueatur
in eternum. Ac uero de illis montibus malis quando loquitur scriptura:
non eis ad dicit dominum. Tales montes ut iam sepe dixi
mus uobis. significant magnas quasdam animas sed malas;
Non enim putetis fratres quia potuerunt fieri hereses per aliquas
paruas animas. Non fecerunt hereses nisi magni homines;
Sed quantum magni tantum mali montes. Non enim montes
erant tales. qui susciperent pacem. aut colles iusticiam:
sed illi dissensionem susceperunt a diabolo patre suo. Montes
ergo erant. Ad tales montes caue ne fugias. Venturi enim sunt
homines et dicturi tibi. Magnus ille. ille uir et magnus ille
homo. Qualis fuit ille donatus? Qualis est maximianus?
Et nescis fotinus qualis fuit? Et ille arrius qualis fuit?
Omnes istos montes nominauimus: sed naufragosos. Vos uidetis.
quia lucet de illis aliqua flamma sermonis et aliquis de ipsis
ignis accenditur. Si nauigatis in ligno et noctem patimini. id est
caliginem huius uite: non uos fallant. nec dirigatis illuc
nauem. Ibi sunt saxa: ibi naufragia magna fiunt;
Cum ergo tibi laudati fuerint isti montes: et ceperint tibi
suadere ut uenias ad ipsos montes quasi ad auxilium.
et ibi requiescas. responde. In domino confido. quomodo dicitis
anime mee transmigra in montem sicut passer? Bonum
est enim tibi ut nullos montes leues oculos. unde tibi auxili
um a domino sit: et uadas sicut passer de muscipula uenantium.

non transmigres in montes. Passer enim instabi-
lis res est: cito mouetur. cito uolat. hinc et inde.
Sed tu confide in domino. et eris sicut mons sion: non
moueberis in eternum. et non transmigrabis in montes
sicut passer. Numquid ibi sic nominauit montes. ut
de domino diceret? Sed montes tales ama: in quibus
dominus est. Tunc autem te amant ipsi montes: si non in illis
spem posueris. Videte fratres: quales sunt montes dei.
Nam inde sic nominati sunt in alio loco: iustitia tua sicut
montes dei. Non iustitia ipsorum: sed iustitia tua. Audi
talem montem apostolum. Vt inueniar inquid in illo. non
habens meam iustitiam que ex lege est: sed eam que est per fidem
christi. Illi autem qui per iustitiam suam montes esse uoluerint:
sicut iudei quidam uel pharisei principes eorum sic reprehendun-
tur. Ignorantes enim dei iustitiam. et suam uolentes constituere:
iustitie dei non sunt subiecti. Qui autem subiecti sunt: sic sunt alti.
ut humiles sint. Et quia magni sunt montes dicuntur.
Quia uero subiecti sunt deo: ualles sunt. Et quia habent capa-
citatem pietatis. suscipiunt abundantiam pacis: et inun-
datione transmittunt ad colles. Modo tamen tu uide quos
colles ames. Si uis amari a bonis montibus: noli spem po-
nere nec in bonis montibus. Nam qualis mons paulus erat?
Quando inuenietur talis? de magnitudine loquimur hominum.
Tante gratie quisquam potest facile inueniri? Et tamen time-

bat

ne passer ille in illo ponet spem. Et quod ait: Numquid
paulus pro uobis crucifixus est? Sed leuaui oculos in mon
tes: unde auxilium ueniat uobis. Quia ego plantaui
apollo rigauit. sed auxilium uestrum a domino qui fecit celum
et terram. Quia deus incrementum dedit. Ergo montes in
circuitu eius. Sed quoniam montes in circuitu eius. Et dominus in
circuitu plebis sue: ex hoc nunc et usque in seculum. Si ergo
montes in circuitu eius. et dominus in circuitu plebis sue: con
stringit dominus plebem suam. in unum uinculum caritatis et
pacis. ut qui confidunt in domino sicut mons syon: non commoueantur
in eternum. Et hoc est: et ex hoc et usque in seculum.

Quia non de relinquet uirgam peccatorum super sortem iustorum:
Ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Mo
do quidem iusti aliquantum laborant et modo aliquando in
iusti dominantur iustis: quibus modis aliquando iniusti per
ueniunt ad honores seculi. Cum peruenerint et facti fuerint
uel iudices uel reges. quia hoc deus facit propter disciplinam
plebis sue. propter disciplinam populi sui: non potest fieri nisi
ut exibeatur illis honor debitus potestati. Ordinauit
enim sic deus ecclesiam suam. ut omnis potestas in seculo ordina
ta honorem habeat: et aliquando a melioribus. Sed exempli gratia
unam rem dico. Hinc conicite gradus omnium potesta
tum. Prima et cotidiana potestas hominis in hominem:
domini est in seruum. Prepone: omnes domus habent huiusmodi

potestate sunt domini: sunt et serui. Diuersa sunt no-
mina: sed homines et homines: paria sunt nomina. Et
quid dicit apostolus? Seruos dominis suis subditos esse. Serui
obaudite dominis uestris secundum carnem. Quia est dominus secundum
carnem. Ille est uerus dominus: isti autem temporales secundum tempus.
Tu cum ambulas in uia. cum uiuis in hac uita. non uult
te facere superbum Christus. Contigit tibi ut christianus efficeris:
et haberes dominum hominem. Non ideo christianus effectus es: ut de-
digneris seruire. Cum enim Christo iubente seruis homini:
non illi seruis. sed illi qui iussit. Et hoc ait. Obaudite
dominis uestris secundum carnem: cum timore et tremore. in simplici-
tate cordis. non ad oculum seruientes quasi hominibus pla-
centes. sed quasi serui Christi: facientes bonam uoluntatem
dei. ex animo cum bona uoluntate. Ecce non fecit de seruis
liberos: sed de malis seruis bonos seruos. Quantum debent
diuites Christo. qui illis componit domum? Vt si ibi fuit
seruus infidelis. conuertat illum Christus: et non ei dicat
dimitte dominum tuum. Iam cognouisti eum qui uerus est
dominus: Ille forte impius est et iniquus: tu iam fidelis
et iustus. Indignum est: ut iustus et fidelis seruiat iniquo
et infideli. Non hoc ei dixit: sed magis seruiat. Et ut cor-
roboraret seruum: hoc dixit. Exemplo meo serui. Prior ser-
uiui iniquis. Dominus enim tanta in passione sustinuens. a
quibus sustinuit nisi a dominis a seruis? Nam si fuissent boni

et a quibus nisi a malis seruis?

serui: honorarent dominum suum. Sed quia mali serui erant:
pirritauerunt. Ille quid contra? Reddidit dilectionem pro odio;
Ait enim. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.
Si dominus celi et terre per quem facta sunt omnia seruiuit indignis.
rogauit pro seuientibus et furentibus: et tamquam medicum se
exhibuit adueniens. nam et medici et arte et sanitate
meliores. seruiunt egrotis. quantomagis non debet de
dignari homo extoto animo. et extota bona uoluntate. cum
tota dilectione. seruire domino etiam malo? Ecce seruit deteriori:
sed adtempus. Quod autem dixi de domino et seruo. hoc intelligite
depotestatibus et regibus: de omnibus culminibus huius seculi. Aliquan
do enim potestates bone sunt. timent deum: aliquando non timent
deum. Iulianus extitit infidelis imperator. apostata. iniquus.
idolatria. Milites christi seruierunt imperatori infideli. Ubi ueni
ebatur adcausam christi: non agnoscebant nisi illum qui in
celo erat. Si quando uolebat ut idola colerent. ut turifica
rent: preponebant illi deum. Quando autem dicebat producite
aciem. ite contra illam gentem: statim obtemperabant. Distin
guebant dominum eternum a domino temporali: et tamen subditi
erant propter dominum aeternum etiam domino temporali. Sed numquid sic erit
semper. ut iniqui imperent iustis? Non sic erit. Videte enim
quid dicat iste psalmus. Quia non derelinquet dominus uirgam pec
catorum: super sortem iustorum. Sentitur adtempus uirga peccatorum
super sortem iustorum: sed non ibi relinquitur. non erit in eternum;

Veniet tempus. quando unus agnoscat deum: veniet tempus
quando christus in claritate sua apparens. congreget ante
se omnes gentes: et dividat eas sicut dividit pastor he
dos ab ovibus. oves ponet ad dexteram: hedos ad sinistram.
Et videtis ibi multos servos inter oves: et multos dominos
inter hedos. Et rursus multos dominos inter oves: et mul
tos servos inter hedos. Non enim quia consolati sumus servos.
omnes servi boni sunt: aut quia sic repressimus superbiam dominorum.
omnes domini mali sunt. Sunt boni fideles domini: et sunt mali.
Sunt boni fideles servi: et sunt mali. Sed quamdiu servi bo
ni serviunt malis dominis. ferant ad tempus: quia non derelin
quet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Quare
hoc? Ut non extendant iusti ad iniquitatem manus
suas. Ut ad tempus ferant iusti iniquos dominantes: et intelli
gant non esse hoc sempiternum. sed preparent se ad possiden
dam hereditatem sempiternam. Quam hereditatem? Ubi des
truetur omnis potentatus. et omnis potestas: ut sit deus omnia
in omnibus. Ad hoc se servantes. et hoc corde contemplantes:
et adhuc in fide retinentes. ut videant perdurantes. non
extendunt manus suas ad iniquitatem. Nam si videant quia
semper est virga peccatorum super sortem iustorum: cogitant apud
se et dicunt. Quid mihi prodest. quia iustus sum? Semper michi
dominabitur iniquus: et semper servus ero. Faciam ergo iniquitatem:
quia nichil prodest tenere iustitiam. Ne autem hoc dicant. in

saeviat illi fides. quia ad tempus potest esse virgam
peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad
iniquitatem manus suas. Sed teneant ab iniquitate manus
suas. et ferant iniquitatem: non faciant. Melius est enim
iniustitiam ferre: quam facere. Unde non semper erit: quia
non derelinquet virgam peccatorum super sortem iustorum. Hoc
cogitant qui recti sunt corde. de quibus paulo ante dixit quod voluntatem
dei secuntur: non voluntatem suam. Sequi deum volunt. faciunt
deum praecedentem: et se sequentes non autem se praecedentes. et illum
sequentem: et in omnibus eum bonum inveniunt. Sive emen
dantem sive consolantem. sive exercentem. sive coronantem.
sive pugnantem. sive illuminantem: sicut apostolus ait. Scimus
quia diligentibus deum: omnia cooperantur in bonum. Et ideo sequitur;
Benefac domine: bonis et rectis corde. Sic autem declinat a
malo, et facit bonum rectus corde. quia non zelat in pecca
toribus pacem peccatorum intuens: sic pravus corde iste qui scanda
lizatur in iustis dei. declinat a deo et facit malum: et
inescatur dulcedine seculi. et ea illaqueatus et captus:
amaras penas luit. Declinanti enim a deo cuius disciplinam
ferre noluit. fit illi praeiudicium dei velut laqueus: falsa
malorum cuncta felicitas. Unde continuo subiungit.
Declinantes autem in strangulationem: adducet dominus
cum operantibus iniustitiam. Id est. quorum facta imitati sunt.
Quia eorum praesentes letitias amaverunt: et futura sup

phetia non crediderunt. Qui ergo recti sunt corde et non
declinant. quid habebunt? Iam ueniamus ad ipsam hereditatem
fratres: quia filii sumus. Quid possidebimus? Que est hereditas?
Que patria nostra? Quid uocatur? Pax. Per hanc uos salutamus:
hanc uobis annuntiamus. Hanc susceperunt montes: et colles
iustitiam. Ipsa est christus. Ipse enim est pax nostra. qui fecit utraque
unum: et medium parietem macerie soluit. quia filii
hereditatem habebunt. Et quid uocabitur hereditas illa nisi pax?
Et uidete quia exheredati sunt: qui non amant pacem. Non autem
amant pacem: qui diuidunt unitatem. Pax possessio piorum:
possessio heredum. Et qui sunt heredes? filii. Audi euangelium.
Beati pacifici: quia ipsi filii dei uocabuntur. Audite conclusio-
nem huius psalmi. Pax super israel. Israel: uidens est deum;
hierusalem: interpretatur uisio pacis, Intellegat caritas uestra. Israel:
interpretatur uidens deum. hierusalem: interpretatur uisio pacis.
Qui non mouebuntur in eternum? Qui habitant in hierusalem. Non moue-
buntur ergo in eternum. qui inhabitant uisionem pacis: et pax
super israel. Ergo israel quia uidens deum est. uidens pacem est: et ipse
israel est. et hierusalem: quia populus ille dei. ipsa est ciuitas dei. Si ergo
uidens pacem hoc est. uidens deum: merito et deus et ipse est pax;
Ergo quia christus filius dei pax est: ideo uenit colligere suos.
et se cernere ab iniquis. A quibus iniquis? Qui oderunt hierusalem:
qui oderunt pacem. qui uolunt conscindere unitatem. qui non
credunt paci: qui falsam pacem pronuntiant in populo. et non

illam habent: quibus respondetur cum dixerint pax vobiscum. et cum spiritu tuo. Falsum dicunt: et falsum audiunt. Quibus dicunt pax vobiscum? Quos separant a pace orbis terrarum; Et quibus dicitur, cum spiritu tuo? Si in spiritu eorum esset pax. nonne unitatem diligerent. et relinquerent dissensionem? Falsum ergo pronunciantes: falsum audiunt. Nos vero pronunciemus: et verum audiamus. Simus israel: et amplectamur pacem quia ierusalem visio pacis est. et nos israel: et pax super israel;

Explicit de psalmo centesimo vicesimo quarto. Incipit de psalmo centesimo vicesimo quinto;

Sicut iam meministis ex ordine nobis tractantibus. iste psalmus est centesimus vicesimus quintus qui inter illos psalmos est. quorum est titulus canticum graduum; Est autem sicut nostis: vox ascendentium; Quo ipsi ad illam supernam ierusalem matrem omnium nostrum que est in celis? Que superna: ipsa eterna. Hec autem que in terra fuit: umbram habebat illius. Itaque ista cecidit: illa permanet. Hec implevit tempus predicationis: illa tenet eternitatem reparationis nostre. Ab illa peregrinamur in hac vita: ad eius reditum suspiramus. Suspiramus tamdiu miseri et laborantes: donec ad illam redeamus. Nec cives nostri angeli dimiserunt nos in peregrinatione. sed annunciaverunt nos ipsi regem venturum ad nos: et venit ad nos et cum

temptatus est. inter nos a nobis et pro nobis fuit.
et docuit nos contempni. quia contemptus est. Docuit
tolerare: quia tolerauit. Docuit pati: quia passus est.
Et promisit resurrecturos. quia resurrexit: in se ipso osten
dens quid sperare debeamus. Si ergo fratres prophete antiqui patres
nostri antequam dominus ihesus christus ueniret in carne. antequam mor
tuus resurrexisset, et ascendisset in celum. suspirabant tamen
illi ciuitati. quantum nos oportet desiderare quo nos ipse
precessit: et unde numquam recessit. Non enim dominus sic uenit ad
nos ut desereret angelos: et unde numquam recessit. Et illis
mansit: et ad nos uenit. Illis mansit in maiestate: ad
nos uenit in carne. Eramus autem ubi? Si redemptor noster il
le dicitur. captiui tenebamur. Ubi ergo tenebamur. ut ille ue
niret redimere captiuos? Ubi tenebamur? Forte apud bar
baros. Peior est barbaris diabolus et angeli eius. Ipsi antea
tenebant genus humanum. ab his redemit nos: qui non
aurum neque argentum. sed sanguinem suum pro nobis dedit. Quo
modo autem ueniat homo in captiuitatem: paulum
apostolum interrogemus. Et enim ipse precipue gemit in
ista captiuitate. suspirans ciuitatem ierusalem: et docuit nos
gemere ex ipso spiritu. quo et ille impletus gemebat. Hoc
enim ait. Omnis creatura congemiscit et dolet usque ad
huc. Et iterum. Uanitati enim creatura subiecta est:
ait. non sponte. sed propter eum qui subiecit in spe. Om
nem

creaturam dixit in hominibus etiam nondum credentibus
sed tamen credituris. ingemiscere creaturam in laboribus
tamquam quodammodo in his tantum qui non crediderunt. Iam vero
in his qui crediderunt non gemit. nec parturit creatura. Non
solum autem inquid. sed et nos ipsi primitias spiritus habentes.
id est qui iam spiritu deo servimus. qui iam mente deo credidi
mus. et in ipsa fide primitias quasdam dedimus. ut primi
tias sequamur. Ergo et nos ipsi in nobis met ipsis ingemiscimus.
adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Gemebat ergo
et ipse. et gemunt omnes fideles. adoptionem expectantes redempti
onem corporis sui. Ubi gemunt. In ista mortalitate. Quam
redemptionem expectant. Corporis sui. que precessit in domino qui
resurrexit a mortuis. et ascendit in celum. Hoc nobis antequam
reddatur. necesse est gemamus etiam fideles. etiam sperantes.
ideo sequitur ibi et dicit. Cum diceret et ipsi in nobis met ipsis
adoptionem ingemiscimus. expectantantes redemptionem corporis
nostri. quasi diceretur ei. quid tibi ergo profuit christus. si adhuc gemis.
et quomodo salvator salvum te fecit. Qui gemit. adhuc egrotat. Sub
iunxit. et ait. Spe enim salvi facti sumus. spes autem que videtur
non est spes. Quod enim videt quisquid sperat. Si autem quod non
videmus speramus. per pacientiam expectamus. Ecce quare gemimus.
et quomodo gemimus. quia quod speramus iam quidem expectamus
sed nondum tenemus. Et donec teneamus in tempore suspira
mus. quia desideramus quod nondum tenemus. Quare. Quia spe

salui facti sumus. Iam caro suscepta: de nobis in christo
non spe sed re salua facta est. Resurrexit enim et ascen
dit in capite nostro caro nostra salua in membris adhuc sal
uanda est. Secura gaudeant membra: quia a capite suo
non sunt deserta. Dicit enim membris laborantibus;
Ecce ego uobiscum sum: usque ad consummationem saeculi. Ita fac
tum est: ut conuerteremur ad dominum. Spem enim non habebamus nisi
ad saeculum: et inde serui miseri. et bis miseri. Quia et in hac
uita et faciem habentes ad saeculum: et dorsum contra dominum. Cum uero con
uertit nos dominus. ut iam incipiamus faciem habere ad dominum. et
dorsum ad saeculum: quia adhuc in uia sumus. tamen patriam ad
tendimus. Et quando forte aliquam tribulationem patimur:
sed tamen tenemus uiam: et ligno portamur. Asper quidem uentus
est: sed uentus noster est. Cum labore quidem. sed cito ducit:
et cito perducit. Quia ergo de captiuitate nostra gemebamus:
gemunt autem et illi qui iam crediderunt. Quomodo autem
facti sumus captiui obliti sumus: sed per scripturam commemora
mur. Rursum ipsum apostolum interrogemus. Ait enim. Scimus quia
lex spiritalis est: ego autem carnalis sum uenundatus sub pec
cato. Ecce unde facti sumus captiui. quia uenundati sumus
sub peccato. Quis nos uendidit? Nos ipsi. qui consensimus
seductori. Vendere nos potuimus: redimere nos non possumus.
Vendidimus nos consensione peccati: redimimur in fide iusti
tiae. Sanguis enim innocens. datus pro nobis est. ut redimere
mur.

Quemcumque ille sanguinem fudit persequendo iustos.
qualem sanguinem fudit? Iustorum quidem sanguinem fudit,
prophetarum. patriarcharum. martyrum: iustum sanguinem fudit et in eis
tamen omnes de propagine peccati uenientes. Unum san
guinem fudit. eius qui non solum iustificatus: sed iustus natus
est. Illo sanguine fuso: perdidit quos tenebat. Pro quibus
enim datus est innocens sanguis. redempti sunt: et conuersi
a captiuitate cantant isti psalmum. In conuer
tendo dominus captiuitatem syon: facti sumus sicut consolati;
hoc uoluit dicere: facti sumus gaudentes. Quando? Cum con
uerterit dominus captiuitatem syon. Quae syon? Ipsa hierusalem
aeterna syon. Quomodo aeterna syon? Quomodo captiua syon? In
angelis aeterna: in hominibus captiua. Non enim omnes illius ciui
tatis ciues captiui sunt: sed qui inde peregrinantur
ipsi captiui sunt. Homo ciuis erat hierusalem: sed uenundatus
sub peccato factus est peregrinus. De propagine ipsius natum
est genus humanum: et impleuit terras captiuitas syon. et
captiuitas syon: quomodo umbra illius hierusalem? Umbra illius syon quam acceperunt
iudaei in imagine. in figura. fuit in captiuitate in babilo
nia. Et post septuaginta annos: rediit ille populus ad ciui
tatem suam. Septuaginta anni significant omne tempus
quod septem diebus uoluitur. Cum autem transierit omne tempus.
tunc redimimur et nos ad patriam nostram: quomodo post septuaginta
annos rediit ille populus a captiuitate babiloniae. Babilonia enim

est mundus iste. Babilonia enim interpretatur confusio. Vi-
dete si non est confusio: tota uita humana et quecumque agunt
homines in spe uana. quando cognouerint quod agunt: erubes-
cunt. Quare laborant? Cui laborant? Filiis meis inquid.
Et ipsi enim? Filiis suis. Et ipsi quibus? Filiis suis. Nemo ergo
sibi. Ab ista ergo confusione iam conuersi erant: quibus dicit apostolus.
Quam gloriam enim habebatis in illis in quibus nunc erubes-
citis? Confusio est ergo ista tota uita ipsa [illegible]ta rerum humanarum:
non pertinens ad deum. In hac confusione. id est. in ista babilonia
captiua tenetur syon. Et facti sumus inquid sicut consolati. Id est gauisi
sumus: tamquam consolationem accipientes. Consolatio non est
nisi miserorum: consolati [illegible] non est nisi gemen-
tium lugentium. Quare [illegible] quasi consolati. nisi
quia adhuc gemimus? Gemimus in re: consolamur in spe. Cum
transierit res: de gemitu gaudium ueniet eternum. ubi opus
non erit consolatio: quia nulla miseria sauciabunt. Quare
autem uelud consolati ait. et non ait consolati? Non semper
quasi ad similitudinem ponitur hoc uerbum: sicut quod dicimus.
sicut aliquando ad proprietatem refertur: aliquando ad similitudi-
nem. Modo ad proprietatem relatum est. Sed exempla nobis
etiam de communi locutione hominum danda sunt: ut facile
intellegatur. Quomodo enim dicimus sicut uixit pater. ita et filius:
ad similitudinem hoc dicimus. Et sicut pecus moritur ita homo
moritur, ad similitudinem hoc dicimus. Quando autem dicimus. fecit
sicut uir bonus numquid non est uir bonus? Sed similitudinem
habet uiri boni.

s. conuertit dominus captiuitatem syon.

fecit tamquam iustus. hoc tamquam non negat eum
iustum esse: sed proprietatem ei ostendit. fecisti sic senator.
Ergo non sum senator: si dicat. immo quia es: sicut se
nator fecisti. Et quia iustus es: sic iustus fecisti. et quia
bonus es: sicut bonus fecisti. Ergo quia et iusti uere
consolati erant: sicut [illegible] iusti consolati gaudebant. Id est
magnum erat gaudium [illegible] eius [illegible] tum temporum tamquam consolatorum.
illo consolante mortem [illegible] ist [illegible] tiros. qui mortuus est: omnes
enim mori gemimus. [illegible] consolatus est ille qui mortuus
est: ne mori timeremus. Prior resurrexit: ut haberemus
quod speraremus. Quia ergo prior resurrexit: spem nobis dedit. quia
in miseria positi: [illegible] syon: spe consolati sumus. hinc
gaudium magnum. [illegible] inibus [illegible] et conuertit dominus captiuitatem
nostram. ut iam de captiuitate uiam teneamus: et eam ad patriam;
Iam ergo redempti: in uia non timeamus insidiantes hostes
nostros. Ideo enim redemit nos: ut non audeat hostis insidi
ari nobis. si de uia non recesserimus. Ipse enim christus: factus
est uia. Sed non pati latrones. ait tibi: uiam tibi straui
ad patriam. Noli recedere. Talem uiam muniui: ut latro
ad te non audeat accedere. Tu ab illa noli recedere: et latro
ad te non audet accedere. Ambula ergo in christo: et canta gau
dens. Canta tamquam consolatus: quia et ille te praecessit qui iussit
ut sequaris. Tunc repletum est gaudio os nostrum:
et lingua nostra exultatione. Os fratres mei quod habemus in

corpore. quoniam ostenderet … impletur gaudio. Non solet
impleri nisi e cordis ipsius audi… aqua. aut cibo. aut
potu. aut ali… est. quod pertinet ad ipsum. quia re tali impleta
in os. Impletur … est gaudio … aliquando os nostrum. Et plus
est quod dictum scitatur … ti uestre. quando os plenum habemus
loqui non possumus. Habemus autem intus os. idest in cor
de. Unde quicquid procedit. si malum est inquinat nos. si
bonum est mundat nos. De ipso enim ore audistis dum
euangelium legeretur. Insultabant enim domino iudei. quia disci
puli eius non lotis manibus manducabant. Illi insulta
bant qui mundiciam foris habebant. et intus maculis
pleni erant. Illi insultabant. quorum iusticia non erat nisi
in oculis hominum. Dominus autem querebat mundiciam nostram
interiorem. que si fuerit. necesse est que foris sunt mun
da fiant. Mundate enim que intus sunt. et que foris sunt
munda erunt. Ipse dominus dicit alio loco. Uerum date elemo
sinas. et ecce uobis munda sunt omnia. Unde autem procedit
elemosina? De corde. Si enim manum porrigas nec in cor
de miserearis. etiam si non habeas quod porrigas manu. [nichil fecisti; Si autem in corde miserearis;]
acceptat deus elemosinam tuam. Illi autem iniqui. foris que
rebant mundiciam. De talibus etiam erat ille phariseus
qui dominum inuitauerat. quando accessit mulier que in ci
uitate peccatrix erat et famosa que lacrimis lauit pe
des domini. tersit capillis. unxit unguento. Fariseus ergo

nota de euangelio S. M. Magdalene

qui inuitauerat dominum [illegible] nequam non et mundicia
non habebat nisi [illegible]ate ei ostendit. fer forinsecus
corporis. corde [illegible]ator. si dicat. immo autem plenus
erat iniquitate et [illegible]bus est. sicut in rapina dixit
apud semet ipsum. Iste si esset [illegible] propheta sciret que
mulier illi accessit ad pedes. Unde nouerat utrum sci-
ret an nesciret? sed ideo eum nescire arbitratus est quia
non a se eam repulit. Si enim accessisset ad ipsum pharisei
talis mulier. ille qui inmundicia tenebat quasi incarne
ex sufflaret. repelleret. abiceret. ne inmunda tangeret
mundum. et contaminaret eius mundicia. Quia hoc non
fecit dominus. ideo illum credidit nescisse qualis mulier
illi accessisset ad pedes. Dominus autem non solum illam nouerat sed
et cogitationes illius audiebat. Quia et si contactus corpo-
ris aliquid facit o tu inmunde pharisee. ergo dominus posset
pollui contactu mulieris. an mulier posset mundari
contactu domini? Permittebat autem medicus egrotantem
tangere medicamentum. Et illa que ueniat nouerat
medicum. Et que solebat in illa fortasse fornicatione fron-
tosa esse. frontosior facta est ad salutem. In irrupit in domum
quo non erat inuitata. sed uulnera habebat. et illuc ue-
nerat ubi medicus recumbebat. Ille autem qui inuitauerat
medicum sanus sibi uidebatur. et propterea non curabatur. Iam
secuntur in euangelio nostris. quomodo confusus est ipse pha-

riseus. cum ei ostenderet quia de illa muliere nouiat:
de cogitatione cordis ipsius audierat. sed ad id quod modo
de euangelio dictum est. quod pertinet ad presentem uersum ubi
dictum est: impletum est gaudio os nostrum et lingua nostra ex
ultatione. queramus enim quod os et que lingua. Adtendat caritas
uestra. Insultatum est domino: quare non lotis manibus discipuli eius
manducarent. Et respondit illis dominus sicut oportebat. Et
uocatis turbis: ait. Audite omnes et intelligite. Omne quod in
trat in os non coinquinat hominem: sed exit. Quid est hoc? Si
dixisset quod intrat in os non nisi os corporis uoluit ostende
re. Intrant enim cibi et non coinquinant homines cibi: quia omnia mun
da mundis. et omnis creatura dei bona est: et nichil abiciendum
quod cum gratiarum accione percipitur. Iudeis quidem iudeis posita erant
quedam: et inmunda dicta sunt. Sed postea quam figurarum
lux ipsa uenit. et remote sunt umbre: non sumus retenti in
littera. sed uiuificati in spiritu. Et non est impositum iugum obser
uationis christianis. quod impositum erat iudeis: quia dominus dicit:
Iugum enim meum suaue est: et sarcina mea leuis est. Et omnia
ait apostolus munda mundis. inmundis autem et infidelibus
nichil est mundum: sed polluta sunt eorum et mens et consciencia.
Quid uoluit intelligi? Mundo homini et panis et porcina
munda est? In mundo homini. nec porcina nec panis.
In mundis autem inquid et infidelibus: nichil est mundum. Quare
nichil est mundum? Quia si interius quod est. inmundum est.

foris quod est, nichil immundum esse potest. Si ergo illis quibus in
teriora immunda sunt, exteriora munda esse non possunt, si vo
lueritis ut exteriora munda sint, interiora mundate. Ibi
enim os quod impletur et gaudio, et quando taces. Quando taces enim
et gaudes, os tuum clamat ad dominum. Sed tu vide unde gaudeas.
Si de seculo gaudes, immundo gaudio vociferaris ad deum.
Si vero de redemptione gaudes, quomodo dicit psalmus iste: Cum con
verteret dominus captivitatem Syon, facti sumus iocundati, tunc im
pletur os tuum gaudio, et lingua tua exultatione. Manifestum
est quia in spe gaudes, et gaudium tuum acceptum est apud dominum. In
ipso gaudio vel in ipso ore quod habemus intus, et manducamus
et bibimus. Sicut de isto ore ad refectionem corporis, sic de illo ore
ad refectionem cordis. Nam unde beati qui esuriunt et sitiunt
iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Si autem non facit immun
dum nisi quod exit de ore, et hoc cum audimus in evangelio non
intelligamus nisi os corporis, absurdum est et nimis stultum,
ut tunc putemus non fieri immundum hominem cum mandu
cat, tunc autem putemus immundum si vomat. Ait enim dominus:
Non quod intrat, sed quod exit coinquinat. Quando ergo manducas non
fis immundus, et quando vomis efficeris immundus. Quando
bibis non es immundus, et quando spuis immundus es. Quando
spuis enim de ore tuo exit aliquid, et quando bibis in os intrat
aliquid. Quid voluit dicere dominus: Non quod intrat in os, sed quod
exit coinquinat hominem. Secutus eodem loco secundum alium

Exposicio illius dicti: quod intrat in os etc.

euuangelista dixit. Que sunt que procedunt de ore?
Vt intelligas non de ore corporis eum dixisse: sed de ore
cordis. Ait enim. De corde enim exeunt cogitationes male.
fornicationes. homicidia. blasphemie. Hec sunt: que coin
quinant hominem. Illa ergo fratres mei quomodo exeunt de
ore hominis. nisi quia exeunt de corde sicut ipse dominus dicit?
Non enim quando illa loquimur tunc nos maculant. ne quis dicat
quando loquimur de ore nostro exeunt: quia uerba et uoces de ore
nostro exeunt. et quando mala loquimur: inmundi efficimur. Quid
si aliquis non loquatur. et tantum cogitet mala inmundus est.
quia de ore ipsius corporis nichil processit: sed de ore cordis
iam deus audiuit. Ecce fratres adtendite quia dico. nomi
no furtum. Modo nominaui furtum. Numquid quia
nominaui furtum contaminauit me furtum? Adtendi
te quod dico. Ecce de ore meo exiit: et non me fecit in
mundum. Fur autem surgit in nocte: et nichil dicit ore: et
faciendo fit inmundus. Non solum non dicit. sed et premit
facinus toto silentio: et usque adeo uocem suam timet audiri:
ut nec uestigia sua uelit sonare. Numquid ergo qui ita silet
mundus est? Plus autem dico fratres mei. Ecce adhuc in stra
tu suo iacet. nondum surrexit ut furtum faciat: uigilat
et expectat ut homines dormiant. iam deo clamat: iam
fur est: iam inmundus est: iam facinus de ore interiore
processit. Quando enim facinus procedit ex ore? Quando uoluntas

Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat hominem.

faciendi decernitur. decreuisti facere: dixisti. dixisti:
fecisti. Si furtum non feceris. forsitan ille non meruit
perdere cui disponebas auferre. Et ille nichil perdidit: et tu
de furto dampnaberis. decreuisti hominem occidere: di
xisti in corde. sonuit de ore tuo homicidium. Adhuc homo
uiuit: et tu homicida punieris. Quid scis enim apud deum quaeri
tur. numquid nondum apparueris apud homines. Serue
ergo nouimus et nosse debemus tenere. quod est os cordis: lin
gua cordis. Ipsum os impletur gaudio. in ipso ore intus
oramus deum. Quando labia clausa sunt: patet conscientia;
Si silentium est. et clamat pectus. Sed auribus cuius? Non hominis:
sed dei. Securus ergo esto: ille qui miseretur audit. Et rursus
quando nemo audit hominum. mala si procedunt de ore tuo:
noli esse securus. quia ille te audit: qui dampnat. Susan
na audiebatur ab iniustis iudicibus tacebat: et orabat. Os eius
non audiebatur ab hominibus: cor eius clamabat ad deum. Numquid
quia uox eius de ore corporis non processit: propterea exauditum non
meruit? Exaudita est illa. quando orauit: nemo hominum sciuit.
Ergo fratres. quod habeamus in ore interiore cogitate. Ibi uidete
nequid mali dicatis intus: et nichil mali facietis foris. Non po
test enim fieri ab homine foris: nisi quod dictum fuerit intus;
Custodi os cordis a malo: et innocens eris. Innocens erit lin
gua corporis tui: innocentes manus erunt. etiam pedes
erunt. oculi innocentes erunt. omnia membra tua uiuere

65

multabunt: quia impator uestis tenuit eos. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum. Videte fratres si modo syon non illud dicit inter gentes. per totum orbem terrarum: facti sumus iocundati. Videte si non ad ecclesiam currit. In toto orbe terrarum preconium eius accipitur: amen respondet. Dicunt ergo inter gentes ierosolimitani captiui. ierosolimitani redituri peregrini suspirantes patrie sue. Quid dicunt? Magnificauit dominus facere nobiscum. facti sumus iocundati. Numquid ipsi secum fecerunt? Ipsi male secum fecerunt: quia sub peccato se uendiderunt. Redemptor uenit: et bene cum illis fecit. Magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus iocundati. Converte domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro. Quid sit hoc: adtendat caritas uestra. Iam dixerat. cum conuerteret dominus captiuitatem syon: quasi de preterito loquebatur. Sed solet fieri ut de preterito loquendo futura pronuncient prophete. Nam quasi de preterito loquebatur: cum in alio psalmo diceret. Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Non dixit fossuri sunt: non dixit dinumerabunt. Non dixit diuident sibi uestimenta mea: non dixit super uestem meam mittent sortem. futura erant: et quasi facta cantabantur. Omnia enim que futura sunt: deo iam facta sunt. Hic ergo cum diceret conuertit dominus capti

uitatem ſyon: facti ſumus uelud conſolati. tunc repletum est. gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione: quod ut ostenderet se figura preteriti futura cogitare: ait. Tunc dicent inter gentes. Dicent: iam de futuro est. Magnificauit dominus facere nobiscum: facti ſumus iocundati. Tunc cum cantabatur futura erant: et nunc uidentur preſentia. Ergo omnia tamquam de futuris: qui futura tamquam preterita precinebat.

Conuerte domine captiuitatem nostram. Nondum erat ergo conuersa captiuitas: quia nondum redemptor aduenerat. Ergo quando cantati ſunt pſalmi: quod orabatur tunc iam factum est.

Conuerte domine captiuitatem nostram ſicut torrens in austro.

Sicut conuertuntur torrentes in austro: ſic conuerte captiuitatem nostram. Querebatur quid ſit: ſed patebit modo adiuuante domino uestris orationibus. Quodam loco dixit ſcriptura. cum preciperet et moneret de operibus bonis: ait. Sicut glacies in ſereno: ita ſoluentur peccata tua. Ergo peccata ligabant nos. Quomodo? Quomodo frigus ligat aquam ne currat. et inligati frigore peccatorum gelauimus. Si auster autem calidus uentus est: quando flat auster: liqueſcent glacies: et implentur torrentes. Torrentes autem dicuntur flumina hyemalia. Magno enim impetu repentinis aquis impleta currunt. Gelaueramus ergo in captiuitate: constringebant nos peccata nostra; flauit auster ſpiritus ſanctus: dimiſſa ſunt nobis peccata. ſoluti ſumus

a frigore iniquitatis: tamquam glacies in sereno soluuntur
peccata nostra. Curramus ad patriam: quasi torrentes in austro;
diu enim laborauimus et laboramus: etiam facientes bene;
Nam ipsa uita humana quam ingressi sumus misera est et labori
bus plena. doloribus. periculis. erumnis: temptationibus.
Nolite seduci gaudio rerum humanarum: flendo in rebus
humanis aduertite. Poterat ridere prius puer qui
nascitur. Quare a fletu incipit uiuere? Ridere non
dum nouit. Quare plorare iam nouit? Quia cepit
ire in istam uitam. Sed si de illis captiuis est: hic flet et
gemit. Sed ueniet gaudium. Sequitur enim. Qui semi
nant in lacrimis: in gaudio metent. In ista uita que
plena est lacrimis: seminemus. Quid seminabimus?
Opera bona. opera misericordie: semina nostra sunt. de quibus
seminibus: ait apostolus. Bonum autem facientes: non deficiamus.
Tempore enim proprio metemus infatigabiles. Itaque dum
tempus habemus. operemur bonum ad omnes: maxime autem
ad domesticos fidei. Loquens itaque de ipsis elemo
synis quid ait? Hoc autem dico. qui parce seminat:
parce et metet. Ergo qui multum seminat: multum
et metet. Qui parce seminat: parce et metet. Et nichil
seminat: nichil metet. Quare ergo desideratis latos
fundos. ubi multa semina seminetis? Latior uobis
non est. ubi seminetis quam christus: qui ipse uoluit semina

ri

terra. Terra tua ecclesia est. Seminare quantum potes-
tis. Sed parum habes unde facias. Habes uoluntatem?
Quomodo nichil esse quod habes. si non adest bona uolun-
tas: sic esse quia non habes. noli esse tristis: si est tibi bona uolun-
tas. Quid enim seminas? Iram. Et quid metis? Pacem. Nunquid
autem dixerunt angeli. pax in terra diuitibus hominibus?
Sed pax in terra hominibus bone uoluntatis. In uidua magna uo-
luntas: in zacheo caritas magna. Suscepit dominum hospitio.
gaudens suscepit. et dimidium patrimonii sui promisit se da-
turum. Et sicubi aliquid abstulerat: quadruplum redditurum.
Ut intelligas propterea sibi eum tenuisse dimidium. non ut h-
aberet quod possideret: sed ut haberet unde debita redderet.
Magna uoluntas. Multum dedit: multum seminauit. Ergo
uidua illa que duo minuta misit. parum seminauit?
Immo tantum: quantum zacheus. Minores enim facultates:
sed parem uoluntatem habebat. Misit duo minuta de tan-
ta uoluntate: de quanta zacheus dimidium patrimonii
sui. Si adtendas quod dederunt: diuersa inuenies. Si adten-
das unde dederunt: paria inuenies. Totum quod habuit dedit
illa: et quod habuit dedit ille. Fac aliquem non habere uel
duos nummos. Est aliquid illi quod seminet ut metat illam
messem? Est. Calicem aque frigide qui dederit discipulo:
non perdet mercedem. Calix aque frigide non duobus num-
mis: sed gratis constat. Tamen aliquando sic gratis constat: ut

habeat illud alius. et alius non habeat. Si ergo ille
qui illud habet det illi qui non habet: tantum dedit
quantum dedit illa in duobus minutis: quantum zacheus
in dimidio rerum suarum. Non sine causa enim addi
dit frigide ut pauperem ostenderet. Ideo dixit.
calicem aque frigide: neque ut inde causaretur quod lig
num non habuerit unde calefaceret aquam. Calicem
aque frigide qui dederit uni ex minimis: non perdet
mercedem suam. Quid si nec hoc habeat? Securus sit.
Et si nec hoc habet: pax in terra hominibus bone uolun
tatis. Tantum illud timeat: ne habeat et non faciat. Si
enim habet et non facit: intus gelauit. Nondum soluta
sunt peccata eius: sicut torrentes in austro. Sua uoluntas
frigida est. Quid ualent tanta bona que possidemus?
Accedit uoluntas feruens: iam soluta calore austri. et
si nichil habebat: totum illi computatur. Quanta sibi prestant
mendici? Intendat caritas uestra: quomodo fiat elemosina.
Mendici egent. Certe mendici sunt in quos facis elemosi
nam: mendici egent. Attenditis forte fratres uestros: si
aliquid egent tribuitis. Si est in uobis christus: etiam extraneis.
Sed si illi sunt mendici. qui professionem habent petendi me
rumnas: et ipsi habent quod sibi prestent inuicem. Non illos
deseruit deus: unde prebeatur quia faciunt elemosinas. Iste non
potest ambulare. Qui potest ambulare: pedes suos ac com
modat claudo;

Qui uidet: oculos suos accommodat ceco. Et qui pauper
est et sanus: uires suas accomodat uel seni uel egroto. portat
illum. Ille indiget: ille diues est. Aliquando et diues inuenitur
pauper: et a paupere prestatur illi aliquid. Venit nescio quis ad flu
men. tanto delicatior quanto ditior: transire non potest;
Si nudatis membris transiret. frigesceret. egrotaret. moreretur.
Accedit pauper exercitatior corpore. traicit diuitem: elemosi
nam fecit in diuite. Ergo nolite eos tantum pauperes estimare:
qui non habent pecuniam. In quo quisque pauper est: ibi illum
uide. Quia forte tu in eo diues es. in quo ille pauper est: et habes
unde accomodes. Forte membra tua accomodas: et plus est
quam si pecuniam accomodares. Consilio indiget: tu plenus es
consilio. In consilio ille pauper: tu diues es. Ecce nec laboras nec
aliquid perdis. da consilium: et prestitisti elemosinam. Modo fratres
mei dum loquimur: quasi pauperes ad nos estis. Et quia
nobis deus dignatus est dare: damus inde uobis. Et omnes ab illo
accipimus: qui solus est diues. Sic se ergo tenet corpus christi.
membra socia sic compinguntur et adunantur in caritate et
uinculo pacis: cum quisque id quod habet prestat ei qui non habet. in eo quod ha
bet diues est: in eo quod ille non habet pauper est. Sic uos dilig
te: sic uos amate. Nolite ad uos solos adtendere: sed adten
dite indigentes circa uos. Sed quia cum laboribus et erumnis fi
unt ista. in ista uita: nolite deficere. In lacrimis semina
tis: in gaudio metetis. Quid enim fies iam? Ipse agricola quando

procedit cum aratro et portat semen. nonne aliquando frigidus est
uentus et imber deterret? Attendit celum: uidet tristem
diem. tremit frigore: et tamen procedit et seminat. Timet enim
ne cum tristem diem attendit et expectat diem letum. ne tempus
transeat: et non inueniat quod metat. Nolite differre fratres
mei. Seminate in hyeme: seminate bona opera et cum plora
Quia tis. Qui seminant in lacrimis: in gaudio metent. Mittunt
semina sua: bonam uoluntatem et bona opera. Euntes ibant
et flebant: mittentes semina sua. Quare flebant? Quia
inter miseros erant. Melius est fratres mei. ut nullus sit miser:
quam ut tu facias misericordiam. Qui enim ut faciat misericordiam. optat
esse miseros: crudelem habet misericordiam. Quomodo si medicus
ut exerceret artem suam. optaret esse multos egrotos: cru istud nota
delis medicina esset. Melius est ut omnes sani sint: quam ut Gl.
exerceatur ars medici. Melius est ergo ut omnes beati in illa patria
regnent: quam ut sit quibus impendatur misericordia. Tamen quamdiu est
quibus impendatur: non deficiamus in erumna ista mittere semi
na. Et si cum fletu seminamus: tamen cum gaudio metemus. In illa
enim resurrectione mortuorum. recipiet quisque manipulos suos:
id est fructum seminis. coronam gaudiorum et exultationis. Tunc erit
triumphus letantium et ipsi morti insultantium in qua geme
bant. Tunc dicent morti. Ubi est mors contentio tua? Ubi
est mors aculeus tuus? Sed quare tam gaudent? Quia por
tant manipulos suos. quia euntes ibant et flebant: mitten
tes semina sua.

Quare mittentes semina sua? Quia q̄ seminant in
lacrimis: in gaudio metent. Isto psalmo exhortati
nos fuerim(us) maxime ad faciendā miscdiā: q̄a hinc
ascendit'. Et uidetis qr ille cantat canticū graduum:
qui ascendit. Mementote et nolite amare descende(re):
s; de ascensione cogitate. Quia q̄ descendebat ab ihrlm
in hierico: incidit in latrones. Nō descenderet et nō inci
deret in latrones. Iā ḡ adā descendit: incidit in latro
nes. Om̄s eni nos: adam sum(us). S; transiit sacerdos:
et contēpsit. Transiit leuita: et contēpsit. qr lex sa
nare non potuit. Transiit samaritan(us) qdā. id est
dn̄s nr̄ ihc xpc: illi eni dictū ē. Nonne uerū dice
mus. qr samaritan(us) es. et demoniū habes? Ille aut̄
ñ dixit samaritan(us) non sū: sed dixit ego demoniū
non habeo. Samarites eni: interptat' custos. Si
diceret ñ sū samaritan(us): diceret non sū custos. Et
quis alius custodiret? Deinde ponens similitudinē.
transiit samarites: et fecit cum illo miscdiā sic scitis.
Iacebat aut̄ in uia uulneratus: qr descendit. Transi
ens samaritan(us): nō nos contēpsit. curauit nos. leua
uit in iumentū. in carne sua: pduxit in stabulum.
idest ad ecclā. Cōmendauit stabulario: idest aplo;
dedit duos denarios unde curaret: caritatē di et cari
tatē pximi. In his eni duob(us) pceptis: tota lex pendet

Expositio illi(us) euangelii [illegible] samaritanus [illegible]

et prophete. Dicit autem stabulario. Siquid amplius erogaueris:
in redeundo reddam tibi. Amplius erogauit apostolus: qui cum
omnibus apostolis permissum esset ut acciperent tamquam milites christi
stipendia a prouincialibus et cetera. ille manibus suis laborauit: et
annonas suas prouincialibus donauit. Omnia facta sunt.
Si descendimus et uulnerati sumus: ascendamus. cantemus et proficiamus
ut perueniamus. Explicit de psalmo centesimo
uicesimo quinto. Incipit de psalmo centesimo uicesimo sexto.

INTER omnia cantica quibus est titulus cantici
graduum. iste psalmus aliquid amplius in titulo accepit:
quod additum est salomonis. Sic enim prenotatus est can
ticum graduum salomonis. Itaque nos fecit intentos
inusitatior titulus ceteris: ut queramus quare sit ad
ditum salomonis. Nam quid sit canticum graduum: non
opus est sepe repetere. Plurima enim hinc dicta sunt: quia
cantat ascendit. Ascendentis uox in affectu pietatis
et caritatis. ad illam supernam ierusalem: cui suspiramus quamdiu
peregrinamur. et ubi letabimur cum peregrinatione redierimus.
Ascendit ad hanc omnis qui deficit. Nec pedibus ascendere queras:
nec pedibus te descendere putes. Amando deum ascendis. am
ando seculum cadis. Sunt ergo ista cantica amantium: quodam sancto
desiderio flagrantium. Ardent qui ista cantant ex corde:
quorum etiam inuenitur cor ardens in moribus. in bona conuer
satione in operibus secundum precepta dei. in contemptu temporalium.

[Margin correction: Proficit. cadit ab hac omnis qui]

[Right margin, vertical: Explicit de psalmo c. xx. v. Incipit de psalmo c. xx. vi.]

in caritate eternorum. Sed quare sit additum salomonis
quantum inspirauerit dominus: dicam caritati uestre. Salomon
erat tempore suo filius dauid magnus. per quem multa sancta pre-
cepta et salubria monita. et diuina sacramenta spiritus sanctus in
diuinis litteris operatus est. Nam ipse salomon amator mu-
lierum fuit. et reprobatus est a deo. et usque adeo laqueus illi
fuit illa cupiditas: ut a mulieribus etiam idolis sacrificare
cogeretur. Sic de illo scriptura testis est. Sed si illo cadente
que per illum dicta sunt delerentur. iudicarentur. quia ipse dixerat.
non per illum dicta erant. Optime igitur etiam hoc gestum
misericordia dei et spiritus eius: ut quicquid boni per salomonem dictum est.
deo tribueretur. peccatum autem hominis homini. Quid mirum.
quia in populo dei cecidit salomon: In paradiso non cecidit adam.
Non cecidit angelus et diabolus factus est: Ideo docemur in nullo
hominum spem esse ponendam: quia et iste salomon edificauit
templum domino. In typo quidem et in figura future ecclesie et
corporis domini. Unde dicit in euangelio. Soluite templum hoc.
et in triduo reedificabo illud. Ita ergo ipse edificauerat illud
templum. edificauit sibi templum uerus salomon dominus noster ihesus christus
uerus pacificus. Nomen enim salomonis: interpretatur pacificus;
Est autem ille uerus pacificus: de quo dicit apostolus. Ipse est pax
nostra: qui fecit utraque unum. Ille est uerus pacificus: qui duos pari-
etes de diuerso uenientes in se copulauit quibus factus est.
lapis angularis. Uenientem populum ex circumcisione credentium.

70

& ueniente ipsius expręcepitio gentium & ipsorum credentium: fecit unam ecclesiam de duobus populis & factus est illis lapis angularis: & ideo uerus pacificus. Quia ergo ille uerus salomon. salomon autem ille filius dauid de muliere bethsabeę rex israel: figuram gestabat. huius pacifici quando templum edificauit. ideo ne illum putes salomonem qui edificauit domum deo: alium salomonem tibi ostendit deus ista septima sic cepit in psalmo;

Nisi dominus edificauerit domum. inuanum laborauerunt edificantes eam. Dominus ergo edificauit dominus ihesus xpistus edificauit domum suam. laborant multi in edificando. sed si non ille edificet. inuanum laborauerunt edificantes eam. Qui sunt qui laborant edificantes? Omnes qui in ecclesia prędicant uerbum dei. ministri sacramentorum dei. Omnes currimus. omnes laboramus. omnes edificamus modo. et qui ante nos cucurrerunt. Laborauerunt. edificauerunt. sed non dominus edificauerit domum. inuanum laborauerunt edificantes eam. Ideo quosdam uidentes ruere apostoli. & proprie paulus ait. Dies obseruatis & annos. & menses & tempora. Timeo uos. ne forte sine causa laborauerim in uos. Quia nouerat se intus a domino edificari. plangebat illos. quia sine causa laborauiat in eis. Nos ergo loquimur foris. ille edificat intus. Quomodo audiatis nos aduertimus. quid cogitetis ille solus nouit qui cogitationes uestras uidet: ipse edificat. ipse monet. ipse terret. ipse intellectum aperit: ipse adfidem applicat sensum uestrum. & tamen laboramus & nos tamquam operarii. Sed non dominus edificauerit domum: inuanum

laborauer̄ edificantes eam. Que aut̄ dom᷒: ipsa
& ciuitas. Dom᷒ eni͂ dei. ppl̄s di͂: qr̄ dom᷒ dei. templū
dei. Et q̄d dicit apl̄s: Templū eni͂ di͂ scm̄ est: q̄d estis
uos. Omnes aut̄ fideles que est dom᷒ di͂. non solū q̄ modo s͂:
sed & qui ante nos fuer̄. etiam dormier̄. Et q̄ post nos
futuri st̄ adhuc qui nasci habent in rebus humanis usq;
in finē sc̄li congregati in unū fideles innumerabiles. sed
dn̄o numerati. de q̄b᷒ dicit apl̄s. Nouit dn̄s q̄ sunt ei᷒. Grana
illa que modo gemunt int̄ paleas. que massā unam
factura sunt quando area in fine fuit uentilata. Omnis
ergo numerus fideliū scōꝝ ex hominib᷒ commutandorum.
ut fiant equales angelis dei. adiuncti etiā ipsi angelis.
qui modo non peregrinant᷑: s; expectant nos qn̄ a peregrinati-
one redeam᷒. omnes simul unā domū di͂ faciunt: & unam
ciuitatem. ipsa est ihrl̄m. Habet custodes. Quom᷒ habet
edificantes laborantes ut edificet᷑: sic habet & custodientes;
Nam ad custodiā ptinet: q̄d apl̄s dicit. Timeo ne sic serpens
euam seduxit. astucia sua: sic & mentes ur̄e corrumpant᷑
a castitate que est in xp̄o. Custodiebat: custos erat. uigi-
labat quantū poterat sup eos q̄b᷒ p̄erat. Et epi hoc faciunt;
Nam ideo altior locus positus est. epis: ut ipsi sup-
intendant. & tanq̄m custodiant ppl̄m. Nam & grece q̄d
dr̄ eps: hoc latine sup intentor interp̄tatur. qr̄ sup
intendit: qr̄ de sup uidet. Quom᷒ eni͂ uinitori altior loc᷒

sit ad custodiendam uineam: sic et episcopis altior locus factus est;
Et de isto alto loco periculosa ratio redditur nisi eo corde ste-
mus hic: ut humilitate sub pedibus uestris simus et pro uobis
oremus: ut qui nouit mentes uestras. ipse custodiat. Quia
nos intrantes uos et exeuntes possumus uidere. Usque adeo
autem non uidemus quid cogitetis in cordibus uestris: ut neque quid
agatis. in domibus uestris uidere possimus. Quomodo ergo custodimus?
Quomodo homines quantum possumus: quantum accepimus. Et quia
nos sicut homines custodimus et perfecte custodire non possumus.
ideo sine custode remanebitis? Absit. Nam ubi est. ille de quo
dicitur. nisi dominus custodierit ciuitatem in uanum laborant qui
custodiunt eam? Laboramus in custodiendo sed uanus est.
labor noster nisi ille custodiat qui uidet cogitationes uestras. Custo-
dit ille cum uigilatis. custodit et cum dormieritis. Ille
enim dormiuit semel in cruce: et surrexit. iam non dormit. Esto-
te israel. quia non dormit neque dormitabit. qui custodit israel. Heia
fratres si uolumus sub umbra alarum dei. custodiri custodiamus nos
ex officio dispensationis. sed custodiri uolumus uobiscum;
Tamquam uobis pastores sumus. sed sub illo pastore uobiscum sumus.
tamquam uobis ex hoc loco doctores sumus. sed sub illo uno magistro
in hac scola uobiscum condiscipuli sumus. Si uolumus custodiri ab
illo qui humiliatus est propter nos. et exaltatus est. ad custodiendos
nos: humiles simus. Nemo sibi arroget aliquid: nemo habet
aliquid boni. nisi ab illo acceperit qui solus bonus est. Qui-

aut sibi uoluerit arrogare sapientiã: stultus est. Sit
humilis ut ueniat sapientia: & illuminet illum. Si aũ
ueniat in illum sapientia. putat se ee sapientẽ ante lu-
surgit. in tenebris ambulat. Et quid audit in isto psalmo.
Inuanũ est uob ante lucem surgere. Quid ẽ inuanum
est uob ante lucem surgere? Si surgatis ante qm surgat
lux: necesse ẽ ut in uanitate remaneatis. & in tenebris er-
tis. Surrexit lux nra: xpc. Bonũ est tibi ut surgas
post xpm: non surgas ante xpm. Qui surgunt ante
xpm? Qui se uolunt preponere xpo. Et qui sunt qui se uolunt
pponere xpo. Qui uolunt hic excelsi ee: ubi ille humilis
fuit. Sint g° hic humiles: si uolunt ibi ee excelsi. ubi xpc
excelsus est. Ait enĩ. de his qui illi adheserant fide. in quib;
& nos sum⁹: si & nos in illũ puro corde credimus. Pater uolo
quos m dedisti uolo ut ubi ego sum: & ipsi sint mecum.
Magnũ donũ. magna gra: magna pmissio fr̃s mei. Et
quis non uult ee cum xpo. ubi est xpc? Sed tam excelsus
xpc. Vis ibi ee: ubi ẽ excelsus? Esto humilis. ubi & ille
humilis fuit. Propterea illis dicit. ipsa lux. Non ẽ discipls
sup magistrũ: nec seruus sup dñm suũ. Qui uolebant
discipli ee sup magistrũ. & serui ee sup dñm suũ: ante
lucẽ uolebant surgere. Inuanũ ibant: q non post lucẽ
ibant. Illis g° dicit iste psalm⁹. Inuanũ ẽ uob ante lu-
cem surgere. Tales erant filij zebedei: q ante qm humili-

Q̃o. n. ẽ discipu(lus) sup(er) magi(strum)

arent² secdm passionē dñi. iam sibi loca eligebant ubi [illegible] de filiis Zebedei
sederent unus addexterā alter adsinistrā. Ante lucē
uolebant surgere: ideo inuanū ibant. Reuocauit illos
adhumilitatē cum hoc audiret: et ait illis. Potestis bi
bere calicem quem ego bibiturus sum: Ego ueni humi
lis eē: 7 uos ante me uultis eē excelsi: Quo ego eo: illuc sequi
mi ait. Nam si hac uultis ire. qua ego non eo: inuanū ē
uob ante lucem surgere. Et petrus ante lucem surrexerat:
qm̄ uolebat dño dare consilium ut non pateretur pro nob;
Dixerat eñi ille depassione sua inqua salui futuri eram⁹: de de S. Petro
ipsa humilitate humilis eñi passus est. Cum g depassione
sua futura diceret. expauit petrus: qui illum paulo ante
filiū dī confessus fuerat. Timuit eñi ne moreret²: 7 ait illi; Ab
sit ate dñe. ppitius tibi esto: non fiet istud. Ante lucem uole
bat surgere: et luci consiliū dare. S; qd fecit dñs: Fecit illū
ut post lucem surgat. Redi post me satanas. Ideo eñi satha
nas: quia lucem ante uis surgere. Redi post me ut ego pce
dam: tu sequaris. Quo ego eo illuc eas. inquo tu uis ire:
illuc me uelis ducere. Ergo illis q uolebant ante lucem sur
gere. dicit psalm⁹ inuanū est. uob ante lucem surgere. Et
quando surgim⁹: Cum fuerim⁹ humiliati. Surgite post
quam sedistis. Surrectio: exaltationē significat. Sessio: humi
litatē significat. Aliis locis intelligitur sessio inhonore iu
dicandi: aliis locis humilitatē ostendit. Quom⁹ inhonore

iudicandi sessio. Sedebitis super duodecim sedes: iudicantes duodecim tribus israel. Quomodo in signo humilitatis sessio? Hora sexta dominus fatigatus sedit ad puteum. Fatigatio domini: infirmitas domini fuit. Infirmitas virtutis. infirmitas sapientie: sed ipsa infirmitas. humilitas. Ergo si sedit ex infirmitate: sessio illa humilitatem significat. Et ipsa sessio ipsius. id est humilitas ipsius ipsa nos salvos fecit quia quod infirmum est dei. fortius est quam homines. Ideo dicit in psalmo quodam;

nota hoc posi capitulum psalmi 138

Domine tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. id est humilitatem meam et exultationem meam. Quid ergo vos ante lucem vultis exaltari. o filii zebedei? Sic enim vos alloquamur. et ipsos potius nominemus qui non vobis irascuntur: quia ideo de ipsis ista conscripta sunt: ut alii caverent superbiam. in qua ipsi correpti sunt. Quid ergo vultis ante lucem surgere? In vanum est vobis. Exaltari vultis: ante quam humiliemini. Dominus ipse vester qui est lux vestra: humiliatus est ut exaltaretur. Audite paulum dicentem;

expositio illius Apostoli. Qui cum in forma Dei esset non rapinam etc.

Qui cum in forma dei esset. non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Quare non illi erat rapina? Quia natura erat. quia in hoc natus erat: ut esset equalis illi a quo genitus est. Sed quid fecit? Propter nos semetipsum exinanivit formam servi accipiens. in similitudinem hominum factus: et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum. factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis;

Hec est sessio ipsius: sed audi et resurrectionem. Propter quod et deus eum exaltavit. et donavit illi nomen: quod est super omne nomen;

Iam uos ad illud nomen festinatis: surgite s; postea quã
sedistis. Surgere uultis: s; primo sedete. & surgetis ab humili
tate: peruenitis ad regnũ. Nam pr̃ripis regnũ cadis a regno
ante q̃m surgas. Potestis inquid bibere calicẽ. quem ego bibi
turus sum? Et illi. Possumus. Et ille. Calicem quidẽ meũ bibe
tis sedere aut ad dexteram uel ad sinistrã meã aut: n̄ est meũ
dare uob. Aliis paratũ ẽ. a patre meo. Quid ẽ non est. meũ da
re uob? Non est. meũ dare superbis. Hoc enĩ adhuc erant; s;
si uultis illud accipe: nolite ẽẽ qđ estis. Aliis paratũ ẽ. & uos
alii estote. & uob paratũ ẽ. Quid ẽ alii estote? Prius humiliami
ni: q̃ iam uultis exaltari. Intellexer̃ g̃ humilitatẽ futurã
sibi: & correpti sunt. Ergo & nos hoc audiam? q° & hoc dic̃ psalm'
iste. Surgite postea quã sedistis. S; ne quis putet se adhoc
sedere ut honoret̃. ut ostenderet q̃a sessionẽ istam humilitatẽ
uoluit comendare: ne q̃s se putaret iussũ ẽẽ sedere aut adiu
dicandũ. aut ad epulandũ. & gaudendũ. & maiorẽ superbiã ibi quere
ret. in significationẽ humilitatis addidit. Qui manduca
tis panem doloris. Illi g° manducant panẽ doloris: q̃ gemunt
in ista peregrinatione. ipsi sunt in conualle plorationis. Ascensi
ones enĩ fac̃ eis in corde. S; ubi illas disponit? Ascensiones
in q̃d in corde ei' disposuit. Quis? deus. Si ascensiones in corde:
ideo cantant canticũ graduũ. humiliter in seclo: ascendamus;
Quom°? Corde. Et ipsa ascensio cordis: a conualle plorationis surgit;
In conualle inq̃d plorationis. Quom° erecti sunt montes: sic sederi
conualles;

Convalles enim dicuntur loca depressa terrarum. Conval les eminentiora loca: minus tamen quam montes. Mul cum excelsa loca terrarum: montes dicuntur. Parum est. Non ait a colle surgite. nec ait a campo. sed a convalle: ut sit aliquid humilius quam campus est. Si ergo in convalle ploratio nis manduceas panem doloris et dices. facte sunt michi lacrime mee panis die ac nocte dum dicitur michi cotidie ubi est deus tuus? bene surgitis: quando sedistis. Et quasi diceres: quando surgimus? Modo sedere iubemur: quando erit ista surrectio? Quando surrexit christus? ad eum attende: qui te precessit; Nam si non ipsum attendis invitatum est. et ante lucem surgere. Ipse quando exaltatus est? Cum mortuus est. Ergo tu tuam exaltatio nem post mortem spera. In resurrectione mortuorum spera: qua ille resurrexit et ascendit. Sed ubi dormivit? In cruce. Quan do dormivit in cruce: signum gestabat. immo implebat quod significatum est. in adam. quia cum dormiret adam costa illi detracta est: et eva inde facta est. Sic et dominus cum dormiret in cruce. latus eius lancea perfossum est: et sacramenta profluxerunt. unde facta est ecclesia. Ecclesia enim coniunx domini facta est. de latere. Sed quomodo illa non est facta nisi de latere dormientis: sic ista non est facta nisi de latere morientis. Si ergo ille non surrexit nisi mortuus tu exaltationem speras non per hanc vitam? Sed ut doceat te ipse psalmus. quasi interrogares quando surga m... ? Fortassis quando sedero? Cum dedero in quod sompnu

nota illud de oriente ...

dilectis meus. Dat hoc d̄s cū dormierint electi ei͛, tūc
surgent dilecti ei͛ .i. xp̄i. Om̄s enī surgent: s; non
quom͛ electi ei͛. Omniū est resurrectio mortuoꝝ. S; quid
ait ap̄ls: Om̄s q̄dem resurgem͛: s; non om̄s īm mutabim͛. Nota … omnes … surgent
Resurgent illi ad penā: resurgim͛ nos q̄m surrex̄ d̄ns
nr̄: ut sequam͛ caput nr̄m: si membra illi͛ sumus. Si
aut̄ membra ei͛ sum͛: tunc sum͛ dilecti ei͛. tunc
ad nos ptinet illa resurrectio: q̄ pcessit in dn̄o. Lux sur
rexit ante nos: nos p͛ lucē quia uanū est nob ante
lucem surgere: id ē altitudinē querere. ante q̄m moriam͛:
cū xp̄c lux nr̄a non sit exaltatus in carne nisi postea
quā mortuus est. Constituti g͛ membra ei͛ & in membris
ei͛ dilecti ei͛, cū somnū acceptim͛. tūc surgem͛ in resur
rectione mortuorū. Xp̄us resurrexit: iam nō moritur͛;
Resurrex̄ lazarus: sed moriturus. Resurrex̄ fili͛ uidue: sed
moriturus. Resurrexit filia archisinagogi: s; moritu
ra. Resurrexit xp̄c: non moriturus. Audi apl̄m;
Xp̄c surgens ex mortuis iam non morit͛: & mors ei ultra
non dn̄abitur. Talem spa resurrectionē. ppt̄ hoc esto
xp̄ian͛: non ppt̄ felicitatē t̄re hui͛. Nam si ppt̄ felici
tatē uite hui͛ uis ēē xp̄ian͛: q̄n illa lux tua non hic que
sunt mundanā felicitatē ante lucē uis surgere. neces
se est ut in tenebris pseueres. Mutare sequere lucem
tuā: que resurrex̄. Surge. sede. prius: & sic surge. Cū

dederit somnum dilectis eius. Quasi quereretis iterum quos
dilectis? Ecce hereditas domini filii merces fructus ven-
tris. Quando dicit fructus ventris: parturiti sunt filii illi;
Est quedam mulier in qua spiritaliter ostenditur quod dictum est.
Eve: in gemitu parturies. Parit enim ecclesia filios contra
Christum. Et si parit: parturit. In cuius figura etiam Eva mater vivorum
appellata est. In membris parturientis erat ille qui dicebat.
Nota. Filioli mei quos iterum parturio: donec Christus formetur in vobis;
Sed non frustra parturiit: nec frustra peperit. Erit semen sanctum
in resurrectione mortuorum. Abundabunt iusti qui diffusi sunt mo-
do toto orbe terrarum. Gemit illos ecclesia: parturit illos ecclesia;
In illa autem resurrectione mortuorum apparebit partus ecclesie.
transiet dolor gemitus. Et quod dicetur: Ecce hereditas domini: filii mer-
ces fructus ventris. Huius fructus. et hic fructus merces huius fructus
ventris huius. Que est ipsa merces? Levate postea quam mandu-
castis panem doloris. Cuius ventris? Ecclesie incurrit ventre: quia
Nota de filiis Rebecca. s. Esau et Iacob in ventre matris. eius typum Rebecca gestabat. duo illi gemini tamquam duo populi
luctabantur. Una mater in visceribus suis. dissencientes
fratres: non diu natos continebat. Pulsabant materna vi-
scera discordiis interius. gemebat illa. cum patiebatur.
Sed pariens discernebat. quos geminos pregnans portabat.
Sic et modo fratres: quamdiu gemitus datus est.
ecclesie quamdiu parturit ecclesia. ipsi sunt intus et boni et
mali. Fructus autem ventris in iacob erit. quia ipsum dilexit

75

mater. Iacob dilexi dicit dominus: esau autem odio habui. Ambo de uno utero processerunt. Unus amari meruit: alius reprobari. Indilectis quae ei erit fructus. Ergo mercis fructus uentris. Sicut sagitte in manu potentis: sic filii excussorum; Unde enim facta est hereditas ista fratres? Unde facta est tam multa hereditas? de qua dici habet in fine. ecce hereditas domini. filii merces fructus uentris? Excussi sunt quidam de manu domini tanquam sagitte: et ierunt longe. et totam terram impleuerunt: unde pullulauit sancti. Nam ipsa est hereditas de qua dicitur. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre. Et quoniam ipsa possessio protenditur et crescit usque ad fines terre? Quia sicut sagitte in manu potentis: ita filii excussorum. De arcu excutiuntur sagitte. Et quanto fortior excusserit: tanto longius uadit sagitta. Quid autem fortius excutiente domino? De arcu suo mandat apostolos suos. Non potuit esse residuum. quod non perueniret sagitta: a tam forti excussa. Peruenit usque ad fines terre. Ideo non ultra. quia nichil est ultra generis humani. Nam tantas uires ille habet. ut etiam si ultra esset quo tenderet sagitta: excuteret illuc sagittam. Sic sunt autem et filii excussorum: quoniam et illi excussi; Quesitum est enim de hoc uerbo. etiam ab his qui ante nos ista tractauerunt. quare filii excussorum dicti sunt: ut qui sunt intelligendi filii excussorum. Et quibusdam uisum est. sic modo dici. filios excussorum. filios esse apostolorum. Intendat paulisper caritas uestra. Quesitum est

quare excussi dicti sint apostoli. Dictum est a quibusdam ideo illos
appellatos excussos: quod praecepit eis dominus. Si exieritis de ciuitate
in qua non audiunt uos: excutite puluerem de pedibus uestris;
Sed ait aliquis. Non ergo filii excussorum dici debuerunt: sed filii excutien
tium. Excutientes enim illos fecit dominus quibus dixit: excutite pul
uerem de pedibus uestris: non excussos. Subtiliter quidem quasi contra
dicere uoluit. praecedenti sententiae quae iam illa tractata et dicta
erant. uerumtamen nos quantum adiuuat dominus quaerentes quomodo
recte dici potuerint etiam excussi quibus dominus ait. Excutite pulue
rem de pedibus uestris: inuenimus non absurde dici potuisse.
Quando enim ipsi excuterent: se ipsos excutiebant. Hoc dico
quia qui excutit: aut se excutit. aut aliquid aliud. Si aliquid
aliud excutiat. excutiens est: excussus non est. Si autem se ex
cutiat. et excutiens est: et excussus. Intendite. hoc planius
dicam si potuero. Si aliud excutiat: excutiens est non excussus;
Si ab alio excutiatur: excussus est: non excutiens. Si autem excutiat
se ipsum excutiens est: quia excutit se. et excussus quia excutitur a se.
Quaeritur ergo quos excusserint apostoli. Utique se ipsos. a pedibus
enim suis: puluerem excusserunt. Sed ait aliquis. non se excusserunt: sed pul
uerem. Hoc plane calumniose dicitur. duobus enim modis dicitur.
aliquid excuti. Siue illud quod inde excutitur: siue illud unde
excutitur. Nam excussus est puluis dicimus: et excussa est
uestis. Tenent aliqui. et excutiunt uestem: et exit inde puluis
qui inhaeserat. Quid dicis de puluere? Excussus est puluis. Quid

dicis de ueste: Excussa est. uestis. Si ergo et quod unde excuti
endo exiit. et illud unde exiit quod inheserat excussum
dicitur. et puluis excussus est. et apostoli excussi sunt. Quare ergo
non dicantur filij excussorum filii apostolorum? Sed est alia sententia
quam praetermittere non debemus. Ideo enim forte obscurius positum
est: ut multos intellectus generent. et ditiores discedant ho
mines: qui clausum inuenerunt quod multimodis aperiretur. quam si
uno modo apertum inuenirent. Dicimus excutiet iam aliquid. ut ex
cutiat inde quod forte absconditum est. Aliter enim dicimus excuti
uestem. ut excutiant inde puluerem: aliter dicimus excuti sac
cum. ut illud quod intus latebat exeat. Ergo intelligo filios
quantum possum. filios excussorum fortasse ipsos apostolos dictos.
filios prophetarum. Prophete enim clausa sacramenta et op
ta continebant. et excussi sunt: ut inde manifesta procederet;
Putas ergo dixisse prophetam: sic et dixit. Agnouit bos posse
ssorem suum: et asinus presepe domini sui. israel autem me non cognouit.
Hoc mihi interim ad praesens occurrit: quod de propheta dicerem;
Si aliud occurrisset. hoc dixissem. Hoc audiens aliquis homo
si asinum et bouem et pecora et iumenta que uidet cogita
uerit. nescio quid intus tamquam in inuolucro positum forinsecus
pertractauit. quid ibi sit nescit. Asinus et bos aliquid significant.
Quid ergo dictum hominum iam pronunciare uolenti? Expecta.
clausum est quod tangis: excute inuolucrum. propheta nescio quid istis
uelaminibus nominum texit. Nescio que asinum. nescio quem

Nota quare dicantur filij excussorum.

Difficultas propositionis [illegible] dicit [illegible] [illegible] soluit.

Bos populum Iudeorum, asinus gentium significat.

Quia ergo excussis prophetis generati sunt apostoli.

bove significat. Nam asinus in figura populi dei
invenitur, qui est portans sessorem dominum ne erret in
via. Et bos ille de quo dicit apostolus: Bovi trituranti os
n. non infrenabis. Numquid de bubus pertinet deo? sed propter nos scri-
ptura dicit. Omnis homo qui predicat verbum dei mo-
vet, obiurgat, terit, triturat aream, et bovis implet of-
ficium. Veniebat bos de gente iudeorum. Inde enim predicatores
apostoli. Veniebat et asinus de gente preputii, id est a gen-
tibus. Venit enim ut portaret dominum. Et ideo in asino se-
dit dominus, qui numquam portaverat hominem, quia ad gentes
lex non missa erat nec prophete. Ergo quia et dominus noster Ihesus Christus inter anima-
lia illa voluit esse, et propterea natus in presepio collocatus est. Cogno-
vit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui. Sed numquid
ista exirent, nisi saccus excuteretur? Nisi prophetia involuta ac-
cedente diligentia discuteretur, numquid opera exirent ad nos?
Omnia ergo ista clausa erant, antequam veniret dominus. Venit dominus
et excussit ista clausa, et manifestata sunt. Excussi sunt prophete,
et generati sunt apostoli; filii sunt excussorum. Ipsi in manu pote-
ntis positi tamquam sagitte pervenerunt usque in fines terre. Unde
dici habet in fine: ecce hereditas domini filii merces fructus
ventris. Quia ideo de finibus terre colligitur ista hereditas, quia
sicut sagitte in manu potentis, sic filii excussorum, id est sic
filii prophetarum apostoli, fuerunt quasi sagitte in manu potentis.
Si potens ille, potenter excussit. Si potenter excussit, usque in

fines terre pervenerunt quos excussit. Beatus homo
qui replevit desiderium suum ex ipsis. Quis replet deside
rium suum ex eis? Qui non amat seculum. Qui desiderio seculi plenus
est: non est quo intret quod illi predicaverit. Funde quod portas: et
capax fieri ad id quod non habes. Id est desideras divitias: non potes
implere ex eis desiderium tuum. Desideras honorem vitia. deside
ras ea que etiam iumentis donavit deus. hoc est voluptatem tem
poralem. et salutem corporis et alia. non ex eis implebis desideri
um tuum. Si autem sic desideras quomodo cervus desiderat ad fontes
aquarum. si dicis desiderat et deficit anima mea in atria domini:
implebis desiderium tuum ex eis. Non quia iam illi possunt tale desi
derium implere. sed tales imitando: venis ad eum qui implevit
desiderium ipsorum. Non confundentur cum loquentur inimicis
suis in porta. Fratres. in porta loquamur: id est ut omnes noverint
quod loquamur. Qui enim non vult loqui in porta: latere vult quod
loquitur. Et forte ideo vult latere: quia malum est. Si fidit.
in porta loquatur: sic dictum est de sapientia. In portis autem civita
tum audenter dicit. Quanto tempore iustitiam innocentes te
nuerint. non erubescent: hoc est in porta predicare. Et quis est.
qui predicat in porta? Qui predicat in Christo. quia ipse est porta: qua
intramus ad illam civitatem. Mentior si non ipse dixit: ego sum
ianua. Si ianua est: et porta est. Ianua enim dicitur domus. Ianua
civitatis: porta est. Porta domus: ianua est. Sed forte non bene
dicitur porta. si non bene dicitur civitas. que dicta est domus;

Veruq; ēm paulo ante dictū est. Nisi dns ędificauerit domū: inuanū laborauer̄ ędificantes eā. Et ne istam domū audiendo paruū aliq̄d putares. nisi dns inq̄d custodierit ciuitatem: inuanū laborauit qui custodit illam. Illa ē g̃ dom⁹: que ē ciuitas. Ipsa ergo habet ianuā tanq̃m dom⁹: & habet portā tanq̃m ciuitas. Qui est g̃ ianua dom⁹: ipse est porta ciuitatis. Ergo si xp̄c porta ciuitatis. ille non erubescit qui in xp̄o stat et sic p̄dicat. Qui aut̄ contra xp̄m p̄dicat: clauditur contra illū porta. Qui sunt isti qui contra xp̄m p̄dicant? Qui negant q̄ misse sunt sagitte de manu potentis. et p̄uenerunt uenerūt usq; ad fines t̄re. & ipsa hereditas dm̄ de qua dictū ē. postula a me. & dabo t̄ gentes hereditatem tuā & possessionē tuā terminos terre. Predicatū ē. auditū est. ante q̃m fieret. & iam factū nolunt agnoscere. Qui disputant g̃ contra xp̄m. extra portā sunt: q̄ suos honores querunt non xp̄i. Qui aut̄ p̄dicat in porta. xp̄i honorē querit: non suū. Et ideo q̄ p̄dicat in porta dicit. Nolite me p̄sumere. Non eni ꝑme: sed portā intrabitis. Illi autem qui uolunt homines inseipsos p̄sumere: nolunt eos intrare per portā. Non mirū si clauditur contra illos porta. & ociosi pulsent ut aperiatur. Adestote g̃ animo fr̄s. p̄stē etiam crastini sermonē ex mea pollicitatione: ad intrare dno uob̄ reddendū ex euuanglio de columba. In cuius nomine p̄missi

mus. in illius invidia reddemus: sed ut possimus ido
nei esse redditores, ne audaces fuerimus promissores: orate
pro nobis. *Explicit de psalmo centesimo xx vi. In*
cipit de psalmo centesimo xx vii.
Sicut dicit apostolus fratres karissimi, spiritalibus
spiritalia comparantes: animalis autem
homo non percipit que sunt spiritus dei.
cavendum est. ne homines animales
non percipientes que sunt spiritus dei: scanda
lizentur potius in hoc psalmo quam edificentur. Nam bre
viter quamquam eum cum cantaretur audivimus, quia brevis est:
cito eum non tractans sed legens. Et videte quia si talia
quisque concupierit pro magno a deo qualia continet iste psal
mus. et forte non quia desertus est ab illo. sed quia magis dilige
tur non accepit: videritque illa que hic sic audiunt esse
promissa timentium deum abundare illis qui non timent deum.
nutent gressus illius et effundantur lapsus vestigia eius: et
dicat in corde suo. sine causa se timuisse deum: quando illa
dona non meruit. que promisit timentibus se: insuper et illi ac
ceperunt qui eum non solum timuerunt: sed etiam blasphemaverunt,
videte enim quod dicat. Beati omnes qui timent dominum: qui ambu
lant in viis eius. Labores fructuum tuorum manducabis: beatus
es et bene tibi erit. Ad hunc possumus hic et quantumvis animales:
beatitudinem futuri seculi cogitare. Sed videte quod sequitur.

Uxor tua sicut uinea fertilis in lateribus domus tuae: filii tui
sicut nouellatio oliuarum in circuitu mensae tuae. Ecce sic
benedicetur homo: qui timet dominum. Quomodo? Ut sit uxor
eius tamquam uinea fertilis in lateribus domus eius: et filii eius
circumdent mensam eius: tamquam oliuarum nouellatio;
Ergo perdiderunt mercedem suam, qui propter dominum etiam uxores du
cere noluerunt? Sed ait qui noluit ducere uxorem: aliter me deus
benedicet. Immo uero aut sic te benedicet aut te non bene
dicit. Apte dicta sententia est: ecce sic benedicetur homo qui
timet dominum. Quid ergo hoc sibi uult sic? Ne desiderando
temporalem et terrenam felicitatem perdamus caelestem: prophetia tamquam
inuolucrum nobis constituit. In inuolucro hoc: nescio quid habet
intus. Meminit autem caritas uestra cum superiorem psalmum uobis
tractaremus quem est ante istum: incurrisse nos in quendam uersum
obscurum. ubi dictum est: sicut sagittae in manu potentis. sic
filii excussorum. Et cum quaereremus qui sunt filii excussorum.
uisum esse nobis suggerente quantum credimus domino: filios excus
sorum apostolos esse dictos filios prophetarum. Quare? Quia prophetae in
enigmatibus locuti sunt et figuris rerum tamquam mysteriorum
inuolucris eorum operuerunt intellectum. Qui intellectus peruenire non
poterat ad homines: nisi inuolucra illa excuterentur. Unde
dicti sunt illi filii excussorum: qui de prophetis excussis processe
runt. Ergo et nos excutiamus istum. ne per inuolucra fallamur:
et tangentes quod intus est. et non uidentes. dicamus forte lignum

pauco: aut testa pro argento. Excutiamus si videtur
caritati vestrae. Aderit dominus ut procedat quod initum est;
Maxime fratres mei: quia martyrum natalitia celebramus.
Quanta mala passi sunt martyres? Quanta exitia? Quanta
tormenta? Squalores carcerum? Stricturam cathenarum?
Saevitiam ferarum? Ardorem flammarum? Aculeos contumeliarum?
Ista omnia passi essent. nisi nescio quid viderent quo se tende
rent. quod ad huius saeculi felicitatem non pertineret? Turpe est. autem
ut natalitia martyrum celebremus. hominum videlicet servorum
dei contemnentium mundum istum propter sempiternam felicitatem: et
accipiamus quod hic scriptum est. pro praesenti felicitate. ut cuicumque
forte homini dei fideli. cum illius ihesum contingat etiam
ducta uxore. filios non habere: dicamus non timet homo iste
dominum. Nam si timeret dominum. uxor eius tamquam vinea fertilis
esset in domo eius non sterilis: ut multum generaret. Et si tim
eret dominum homo iste: filii ipsius circumdarent mensam
ipsius tamquam arbores olivarum. Si enim talia dixerimus: ani
males sumus non percipientes quae sunt spiritus dei. Incipiamus
et nos excutere: ut simus et nos filii excussorum. Si enim filii
erimus excussorum: erimus in manu potentis tamquam sagittae.
et iaculatur nos de pectore suo: in corda hominum non diu am
antium. ut percussa sagittis verborum dei ament. Nam si talia
illis coeperimus praedicare. filii autem fratres mei timete dominum. ut habea
tis filios et nepotes: ut gaudeat domus vestra. non sagittamus

ut amarum illa cena ibi sit. Remanebunt in amore tue
norum: ut uidentes ista habundare impiis. et nobis non
audent: in corde tamen suo dicant. Quare ille qui non timet
dominum. plenam domum habet filiis? Et forte alius dicit illi.
Adhuc nescis quid illi possit contingere. Quid si efferret illos
qui non timent dominum. et ad hoc illi plures nati sunt ut maio
rem dolorem de illorum morte patiatur? Sed si talia dixeris: res
pondebit tibi et ille. Ego noui hominem impium. paganum. sac
legum. ad oratorem idolorum et forte nouit. et uerum dicit. nec unum
nouit. nec duos. uel tres. qui eum duxerunt ad fossam. senem.
decrepitum mortuum in lecto suo. turbe filiorum et nepotum. Et tamen
non timuit dominum. et proles fecundissima domus eius clau
sit oculos eius. Quid ad hoc dicturi sumus? Nichil illi potuit eue
nire mali. ut efferret filios suos uiuos. quando iam mortuus
a filiis ad sepulchrum gloriosum deductus est. Excruciamur ergo. excrucia
mur. si uos esse filios nostros excussorum. Lateat hinc aliquid. Est
enim quidam homo qui sic benedicetur et nemo timet dominum nisi
qui est in membris ipsius hominis. et multi homines sunt: et
unus homo est. Multi enim christiani: et unus christus. Ipsi christiani
cum capite suo quod ascendit in celum: unus christus est. Non ille unus
et nos multi: sed et nos multi in illo uno unum. Unus ergo
homo christus: caput et corpus. Quod est corpus eius? Ecclesia eius dicente
apostolo: quoniam membra sumus corporis eius. Et uos autem estis corpus christi.
et membra. Intelligamus ergo uocem huius hominis. in cuius

corpore un' homo sum' : & ibi uidebun' ista uera bona
ihrlm. Sic eni dicit in fine : ut uideas bona que sunt in
ihrlm. Si aut ista bona terreno oculo adtenderis. habun
dantia filioru et nepotum. et fertilitate fecunditateq; con
iugis. non sunt bona illi' ihrlm. q2 bona ista in terra
morientiu sunt : illa aut uiuentiu est. Noli ualde p magno
no habere. si habes filios morituros. & si non ante te cer
te post te. Vis habere filios nunqm morituros et tecu
sep uicturos? Esto in illi' corpore de quo dictu e : uos aut
estis corp' xpi et membra. Nam ut ostenderet & ipse psalm'.
q2 sic est obscurus. ut ammoneat pulsari sic opuit ut uelit
excuti : a plurib; cepit. Beati om̄s qui timent dnm : q ambu
lant in uiis ei'. Multis loquit. S; quia ipsi multi unu st
in xpo. sequit : et singulari iam dicit. Labores fructuum
tuoru manducabis. Supius dicebat. beati om̄s qui timent
dnm qui ambulant in uiis ei'. Modo quare laboras fructuu
tuoru manducabis. et non manducabitis? Et quare labores
fructuu tuoru. et labores fructuu uestroru? Tam in xpcinio ob
litus e. q2 plurib; loquebat? Sed si iam excussisti. qd tibi
respondebit? Cu plures xpianos apello. in uno xpo : unu
intelligo. Plures g estis : et unus estis. Plures sum' : et un'
sum'. Quom plures sum'. et un' sum'? Quia illi inherem'
cu' mbra sum'. et quoru caput in celo e : ut mbra sequant.
Ipse g describat iam : q2 manifestatu e que describit. Sic

nota p. marg... G. [illegible]

nota illud apostoli Quasi tristes semper autem gaudentes [illegible]

patebunt omnia que sequuntur. Tantum uos timete dominum
et ambulate in uiis eius. et nolite zelare eos qui non ambulant
in uiis eius: quando illos uideritis esse felices infeliciter. Sed enim
homines infeliciter felices sunt. Martires autem feliciter infelices
erant. Erant enim ad tempus infelices: sed in eternum felices. Et in
eo ipso quod erant ad tempus infelices: putatabantur magis in
felices quam erant. Quid enim dicit apostolus? Quasi tristes: semper
autem gaudentes. Quare semper? Et hic et ibi. Hic enim unde
gaudemus? De spe. Ibi unde gaudebimus? De re. Magnum
gaudium habet spes gaudentis. Et si spe gaudentes unde quod
sequitur. in tribulatione patientes? Martires ergo ideo in tri
bulatione patientes erant: quia spe gaudebant. Sed quia non
dum erat illud quod promittitur quod dicit apostolus. Quid dicit apostolus?
Spes autem que uidetur: non est spes. Si autem quod non uide
mus speramus: per patientiam expectamus. Ecce quare martires
omnia pertulerint: quia quod non uidebant per patientiam expectabant.
Illi qui eos occidebant: que uidebant amabant. Illi qui occide
bantur. ad ea que non uidebantur suspirabant: et que non uidebant
apprehendere festinabant. Et quod tardius occidebantur: moras
sibi fieri arbitrabantur. Ergo fies felix martir: et uere felix et
nomine et corona. cuius hodie dies est: contempsit mundum. An
forte qui timebat dominum. inde erat felix. inde beatus erat. quia
uxor eius tanquam uinea fertilis erat in terra. et filii eius circuitum
dederant mense eius? Omnia ista perfecta habet. sed in corpore illius

qui hec describitur. Et quia sic illa intellexit. contempsit presentia: ut acciperet futura. Noveritis autem fratres non eum passum morte quam alii passi sunt martyres. Confessus est enim. dilatus est ad tormenta alio die. inventum est corpus exanime. Clauserant enim ille carcerem. sed corpori non spiritui. quem illi parabant torquere carnifices. absentem invenerunt. perdiderunt sententiam suam: tacebat exanimis. Sine sensu illis ne torqueretur. cum sensu apud deum ut coronaretur. Unde et iste felix frater non tantum nomine. sed ex primo ut et re nescit ista dilexit; Ergo si audiamus istum psalmum. tanquam de christo dicatur. Et si omnes herentes corpori christi. ambulemus vias domini. et timeamus dominum timore casto. timore permanente in seculum seculi. Est enim alius timor quem caritas excludit: dicente iohanne. Timor non est in caritate. sed perfecta caritas foras mittit timorem. Non de omni timore dicit. qui mittitur foras a caritate. Habet enim psalmum dicentem. Timor domini castus permanet in seculum seculi; Alius ergo timor permanet: alius excluditur. Timor qui excluditur: castus non est. Qui autem permanet: castus est. Quis est timor qui excluditur: Dignamini advertere. Aliqui propterea tantum timent: ne aliquid mali in terra patiantur. ne illis egritudo accedat. ne damnum. ne orbitas. ne alicuius amissio cari. ne exilium. ne damnatio carceris. ne aliqua tribulatio. propterea timent et tremunt. Adhuc iste timor non est castus. Adhuc audi. Alius non in hac terra

pati timet sed gehennas timet : unde terruit et dominus.
Audistis cum euangelium legeretur ubi uermes eorum non mori
entur : et ignis eorum non extinguetur. Audiunt hec homines
et quia uere futura sunt. impii timent. et continent
se a peccato : habent timorem et per timorem continent se a
peccato. Timent quidem : sed non amant iustitiam. Cum autem
per timorem se continent a peccato. fit consuetudo iustitie : et in
cipit amari. quod durum erat. et dulcescit deus. Et iam incipit
homo propterea iuste uiuere. non quia timet penas : sed quia amat eternita
tem. Exclusus est ergo timor a caritate : sed successit timor
castus. Quis est iste timor castus? Secundum quem debemus
fratres mei. intelligere quod dictum est. Beati omnes qui timent
dominum : qui ambulant in uiis eius. Si potuero digne dicere de isto
timore casto. adiuuante domino nostro ihesu christo : multi fortasse
hoc timore casto inflammabuntur in amore casto. Nec pos
sum explicare fortassis . nisi proposita aliqua similitudi
ne. Pone aliquam feminam castam. timet uirum. Aliam pone ad
ulteram : et ipsa timet uirum. Casta timet ne discedat
uir : adultera ne ueniat. Quid si ambo absentes sint? Illa
ne ueniat : illa ne tardet. Absens est quodammodo cui despon
sati sumus. absens est qui nobis arram dedit spiritum sanctum. absens est.
qui nos redemit sanguine suo. sponsus ille quo nichil est
pulchrius. qui quasi fedus apparuit inter manus per
sequentium. De quo paulo ante dicebat ysayas. Et uidi

mus eum. et non habebat speciem. neque decorem. Ergo
sponsus noster fedus est? Absit. Quomodo virgines amarent.
que interna maritos non quesierunt? Ergo persequentibus
fedus apparuit. Et nisi fedum eum putarent non insultarent.
non flagellis cederent. non spinis coronarent. non sputis inhone-
starent. Sed quia fedus illis apparebat: fecerunt illi ista. Non
enim habebant isti oculos. unde xpc pulcher uideretur. Quali-
bus oculis xpc pulcher apparuit? Quales oculos querebat ipse
xpc quando dicebat philippo. tanto tempore uobiscum sum
et non me uidistis? Isti oculi mundandi sunt. ut possint
uidere illam lucem. et leuiter tamen perstricti splendore.
accenduntur amore ut sanari uelint et fiunt illuminati.
Nam ut noueritis quia xpc pulcher est quem amamus. audi prophe-
tam. Speciosus forma pre filiis hominum. Omnes homines.
superat illius pulchritudo. Quare amamus? quando audiuimus
quia passus est pro nobis? Quid amamus? Menbra crucifixa?
Latus perforatum? An caritatem caritas amat? Amauit nos:
ut redamaremus eum. Et ut eum redamare possimus: uisitauit
nos in spiritu sancto. Pulcher est ille et absens est. Interroget se
sponsa si casta est. In membris sumus omnes fratres mei. in membris
ipsius sumus: ideo unus homo sumus. Videat unusquisque qualem
timorem habeat. an eum quem excludit caritas. an castum
permanentem in seculum seculi. Modo probabit. Dico et probabit;
Absens est sponsus iste. Interroga conscientiam tuam. Vis ut

ut ueniat an adhuc uis ut tardet? Videte fratres. Ego pulsaui ad hostia pectorum uestrorum: uocem inhabitantis ille audiuit. Quid singulorum quorumque modo conscientiae dixerint: ad aures meas quia homo sum peruenire non potuit. ille qui absens est presentia corporis. presens est uigore maiestatis: audiuit uos. Quam multi si dicatur illis ecce iam aperte erat dies iudicii. non dicunt utinam ueniat. Qui enim dicunt: multum amant. Et si dicatur illis tardabit timent ne tardet. quia timor castus est. Quomodo autem tunc timetur ne tardet. sic cum uenerit timebitur ne discedat. Erit autem castus iste timor: quia tranquillus erit.

Non enim deseremur ab eo. Cum inuenerit nos homo aliquis credens meum. quando quesiuit nos antequam nosseremus eum. Castus ergo timor fratres mei hoc habet: uenit de amore. Ille autem timor nondum castus. presentiam et penas timet: timore facit quicquid boni facit. Non timore amittendi illud bonum: sed timore patiendi illud malum. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi. sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est et iste timor. utilis est. Non quidem permanebit in seculum seculi: sed nondum est ille castus permanens in seculum seculi. In quo est castus? Iam uenit aliquid, quod uos metipsos interrogetis. Si deus ueniens uoce propria loqueretur nobis quamquam non taceat loqui per litteras suas. et diceret homini peccare uis: pecca. fac quicquid te delectat. quicquid in terra amaueris. tuum fac:

cum fueris natus intrat quę rape volueris
rapiatur. quę cedere cedatur. quę damnare dampnetur. quę possidere possideas. nemo tibi resistat. nemo tibi dicat quid facis. nemo noli facere quod velis. nemo quare fecisti. abundent tibi ista omnia terrena quę concupisti. et uiue in illis non usque ad tempus sed semper. faciem tantum meam numquam uidebis. Fratres mei unde ingemuistis. nisi quia iam natus est timor castus permanens in seculum seculi. Caritate percussum est cor uestrum. Si diceret deus faciem meam numquam uidebis. ecce omnis ista terrena felicitate. omnibus rebus abundabis. circumfluent te bona temporalia non illa amittis non illa deseris. quod uis amplius. Fleret quidem gemeret timor castus et diceret. Immo tollantur omnia et faciem tuam uideam. Timor castus exclamaret de psalmo et diceret. unam petii a domino. Vide quomodo ardeat timor iste castus. timor uerus. amor sincerus. Unam petii a domino. hanc requiram. Audi. Ut inhabitem in domo domini per omnes dies uite meę. Audis. Si ipse terrena felicitate. Audi quid sequitur. Ut contempler delectationem domini et protegar templum eius. id est esse templum eius et protegi ab eo. Hanc unam petii a domino. hanc unam si petieritis. ad hanc unam si cor uestrum erexeritis. et hoc solum amittere timueritis. nec tamen uidebitis felicitatibus terrenis. et illam felicitatem ueram habebitis. et ciuis mei corpore cum cantant. beati omnes qui timent

Deus uirtutum conuerte nos et ostende faciem tuam et salui erimus. Timor castus exclamaret de psalmo et diceret.

Vos. om. uos inquit
qui uiri estis labo
res fructuum tuorum
manducabis;

dnm : qui ambulant in uiis eius. labores fructuum
tuorum manducabis. Quasi peruerse uidetur dicere : non in
telligentibus. Debuit enim dicere fructum laborum tuorum
manducabis. Multi enim manducant fructum laborum
suorum. Laborant in uinea. ipsum laborem non manducant:
sed quod de labore ipsorum nascitur manducant. Laborant cir
ca arbores pomiferas. Quis manducet labores? Sed quod
ille arbores adtulerint fructus laboris : et ipse iocundat
agricolam. Quid sibi uult labores fructuum tuorum man
ducabis? Modo labores habemus. fructus postea erit. Sed
quia et ipsi labores non sunt sine gaudio propter spem de qua
paulo ante diximus. spe gaudentes in tribulatione patien
tes. modo nos ipsi labores nostri iocundant : et letos nos
faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari et potuit
iocundare manducatus fructus ipsius laboris. qualis erit man
ducantis labores suos? Si manducant labores suos qui euntes
ibant et flebant mittentes semina sua. quanto iocundius man
ducabunt fructus laborum. qui uenientes uenient cum exultatio
ne portantes manipulos suos? Et ut noueritis fratres. quia man
ducatur labor iste : in superiore psalmo audistis dictum superbis. qui
ante lucem uolebant surgere. idest ante christum : non praesumi
litate qua surrexit christus. Dictum est illis. Surgite postquam sedi
tis : idest humiliamini. Ut inde surgite. quia ille humilia
ri uenit : qui exaltatus est propter nos. Et quid dictum est? Qui

manducatis panem doloris. Iste est labor fructuum pa-
nis doloris. Nisi manducaretur: non diceretur panis.
Nisi enim haberet aliquam suavitatem panis iste: nemo
illum manducaret cum tanta suavitate. Plorat ingemis-
cit: qui orat. Dulciores sunt lacrime orantium:
quam gaudia theatrorum. Et audi flammam desiderii qua
manducatur ipse panis. de quibus dicit. qui manducatis
panem doloris. Alio loco dicit animam iste. cuius vocem
in psalmo plerumque agnoscimus. Facte sunt mihi lacrime
mee panis die ac nocte. Unde facte sunt lacrime panis.
dum dicitur mihi cotidie ubi est deus tuus? Antequam enim vide-
amus eum qui nos dilexit. qui nobis pignus dedit. cum de-
ponsati sumus. insultant nobis pagani et dicunt. Ubi est
quod colitis christiani? Ostendant nobis quem colunt. Ecce ego
ostendo illi deum meum: et ipse ostendat in deum suum. Cum tibi
dicit hoc paganus. non invenis quod illi ostendas. quia non
est. cui ostendas. Redis ergo et plangis ad deum. quem [illegible]
putas. antequam videas: et desiderio ipsius gemis. Et quia
in ipsius desiderio ploras: dulces sunt et ipse lacrime. et
pro cibo tibi erunt: quia factus est tibi et ipse panis die ac nocte
dum dicitur tibi cotidie ubi est deus tuus. Sed veniet deus tuus
de quo dicitur tibi est: et absterget lacrimas. et ipse pro pane
lacrimarum succedet. et te in eternum saginabit: quod erit
nobiscum verbum dei quo pascuntur angeli. Sicut modo la-

bores

De lacrimis nota, quam suaves [illegible] sunt. super illo quod facte sunt mihi lacrime mee panis die ac nocte.

fructuum: postea fructus laboris. Labores fructuum tuorum
manducabis. Beatus es et bene tibi erit. Beatus es de presenti est;
bene tibi erit de futuro est. Cum manducas labores fructuum
tuorum: beatus es. Cum perveneris ad fructum laborum tuorum: bene
tibi erit. Quid dixerit? Nam si bene tibi erit: utique beatus
eris. Et si beatus eris: utique bene tibi erit. Sed interest inter spem
et rem. Si spes tam dulcis, quanto res dulcior erit? Iam
veniamus ad illa. Uxor tua Christo dicitur. Ergo uxor eius ecclesia eius;
Uxor eius nos ipsi: sicut vinea eius fertilis. Sed in quibus vinea ferti-
lis? Videmus enim parietes istos intrantes multos steriles;
videmus quia istos parietes intrant multi ebriosi, fenerato-
res, mangones, querentes sortilegos, euntes ad precantores
et precantatrices: quando illis caput dolet. Ista est fertilitas
vinee? Ista est ubertas uxoris? Non ista est. Iste spine sunt;
Sed non ubique spinosa habet quandam fertilitatem: et est vinea
fertilis. Sed in quibus? In lateribus domus tue. Non omnes dicuntur
latera domus. Quero enim que sunt latera domus. Quid dicam?
Parietes sunt quasi lapides fortes? Ideo si de hoc habitaculo
corporali diceret, forte hoc intelligeremus latera. Latera
dicimus domus: eos qui inherent Christo. Non enim sine causa et in
sermone cotidiano dicimus de aliquo qui forte male agit ex
multorum consiliis amicorum de illo dicimus: mala latera ha-
bet. Quid est mala latera habet? Mali illi inherent. Ergo
et de alio bona latera habet: bonis consiliis utitur. Quid est hoc?

bonum consilium regere. Ergo latera domus sunt illi qui inherent Christo. Nec sine causa et ipsa coniux de latere facta est. Viro dormiente Eva facta est. Moriente Christo ecclesia facta est. Et illa de latere viri cum costa detracta est: et ista de latere viri, quando latus lancea percussum est et sacramenta profluxerunt. Ergo uxor tua ut vinea fertilis. Sed in quibus? In lateribus domus tue. In aliis qui non adherent Christo sterilis est, nec illos in vinea computabo. Filii tui. Que est uxor? Et qui sunt filii? In istis carnalibus nuptiis et coniugibus alia uxor et alii filii. In ecclesia que uxor ipsi filii; ad ecclesiam enim pertinebant apostoli et in ecclesie membris erant. Ergo in coniuge ipsi erant et coniux erant secundum porcionem suam quam in membris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur: Cum recesserint ab eis sponsus, tunc ieiunabunt filii sponsi? Ergo ipsa coniunx et ipsa filii. Mirum dico fratres mei. In verbis domini invenimus ecclesiam et fratres ipsius esse et sorores ipsius esse et matrem ipsius esse. Nam cum ei nunciaretur mater eius et fratres eius foris stantes, qui foris stabant typum gerebant. Quis typus matris? Synagoga. Et quis typus fratrum carnalium? Iudei foris stantes: et foris stat synagoga. Nam Maria in lateribus domus eius: et cognati eius ex coniugio Marie consanguinitate venientes, qui in eum crediderunt, in lateribus domus eius. Non in quantum carnali consanguinitate iuncti erant, sed in quantum verbum dei audiebant et faciebant. Hoc enim respondit

animadverte, que sit coniux, et qui sint filij ecclesie.

Xo. in vigilia eu[an]gelii ecce mater mea, et fratres mei stant foris quaerentes te. eug.

dn̄s. et ait. Que m̄ mat̄ ⁊ qui fr̄s? Unde tempta
uerunt quidā dicere q̄ x̄pc matrē non habuit. q̄a
dixit que m̄ mater. Quare ḡ ⁊ petrus ⁊ ioh̄s ⁊ iacob;
⁊ alii apl̄i. patres non habuerunt in terra? Et tamen
q̄d eis dixit? Nolite uob dicere patrem sup terram: unꝰ
est. enī pat̄ ur̄ qui in celis ē. Quod ḡ in patre docebat
discipl̄os: hoc in matre ipse demonstrauit. Vult enī dn̄s
ut consanguinitatib; terrenis preponam dn̄m. de
fer patri. q̄ pat̄ est: de fer deo. q̄ d̄s est. Generauit
te pat̄. ad cōmodando carnē suā: creauit te d̄s. ad
hibendo potentiā suā. Nec irascat̄ pat̄ cum d̄s illi
preponitur: im̄mo gaudeat sibi tantū deferri. ut il
le inuentus ēēt q̄ ei deberet p̄poni. Ergo q̄d dicam?
Dn̄s q̄d ait? Que m̄ mat̄ aut qui fr̄s? Extendit manꝰ
sup discipl̄os suos: ⁊ ait. Ecce mat̄ mea: ⁊ fr̄s mei;
Fr̄s erant. Mat̄ quomͦ erant? Addidit. Et q̄ fecerit
uoluntatē patris mei. ipse m̄ frat̄ ⁊ soror ⁊ mat̄ est.
Vnita frat̄ x̄pi sexum uirilem quē habet eccl̄a. quos hic
in mēbris habet x̄pc. Mat̄ quomͦ nisi q̄a ipse x̄pc est.
in x̄pianis. quos x̄pianos plerisimi cotidie parit eccl̄a?
Ergo in quib; intelligis coniugem. In illis matrē. in illis
filios. Dicat̄ ḡ quales debent ēē filii? Quales? pacifici. Beati pacifici.
Quia beati pacifici. q̄ ipsi filii dei uocabunt̄. Vna ergo
in oliua fructus eꝰ est. pacis. oleum enī pacē significat.

quia caritatē significat: sine caritate nulla pax est. Et
manifestū est. q̄ diuiseř pacem: non habebant caritatē.
Vide tam expositū caritati uīe. quare columba sola cū fruc
tu portauit ad archā. ut significaret q̄ illi q̄ foris baptiza
ti sunt. non sola habuerī folia idest uba sola. s; habuerint
& fructū qđ est caritas. Ipsa columba illos reportat ad ar
cham & ueniunt ad unitatē. Tales ḡ filii debent ēē in
circuitu mense ꝑ dn̄i. uelut nouellatio oliuarū. Perfecta res
est: magna beatitudo. Iam q̄s ibi nolit ēē? Sū uideris ali
quem blasphemū habere uxorē. filios. nepotes. & te forte
non habere: noli zelare. Vide q̄ā inte completū est. s; spi
ritalit̄. An forte non es in mēbris? Si non ibi es plange: q̄a
nec hic. nec ibi. Si aut̄ ibi: securus esto. q̄ & si ibi & hic: non
fructuosius ibi quā hic. Si ḡ habem̄. quare habem̄? Quia
timem̄ dn̄m. Ecce sic benedicet homo: q̄ timet dn̄m. Ille ē.
homo: q̄ fuit homines. Et ipsi homines homo. Quia mul
ti unum: q̄ xp̄e unus. BENEDICAT TE dn̄s ex syon.
Cepas enī adtendere. Ecce sic benedicet homo: qui timet do
minū. Iam forte oculi tui ibant ꝑ illos q̄ non timent
dn̄m & uidebant ibi uxores fecundas. filios habundantes
circuire mensam patris sui. Nescio qua ibas. Et non ex syon;
Benedicat te dn̄s: s; ex syon. Noli querere illas benedic
tiones: que non [illegible] ex syon. Non benedixit dn̄s tales
frs mei. Benedictio ista dn̄i est. aut si non est a dno.

Vide quomodo per olivam pacem significat.

quis duceret uxorem si nollet dominus? Aut quis posset creari si nollet dominus? Dat illa. Sed non uides quia et peccatoribus dedit? Non ergo de syon est ista benedictio. Benedicat te dominus ex syon: et uideas bona ierusalem. Nam illa bona non sunt ierusalem. Vis uidere quia non sunt bona ierusalem? Et auibus dictum est: crescite et multiplicamini.

Pro magno uis habere quod auibus donatum est? Voce quidem dei donatum est. Quis nesciat? Sed utere bonis istis si accipis. et magis cogita quomodo nutrias qui nati sunt quam ut nascantur. Non enim iam felicitas est habere filios. sed bonos habere. Denutriendis labora: si nati fuerint. Si autem non nati: age gratias deo. Forte minus sollicitus eris. et tamen sterilis non remansisti illius matris. Forte per te nascuntur spiritaliter de ista matre qui sunt in nouellis oliuarum. circumeuntes mensam domini. Consoletur ergo te deus: ut uideas bona ierusalem. Illa enim bona sunt. Quare sunt? Quia aeterna sunt. Quare sunt? Quia ibi est rex. Ego sum qui sum.

Ista uere bona sunt: et non sunt. Non enim stant: labuntur fluunt. Filii sunt paruuli. blandiris paruulis: blandiuntur paruuli. Numquid stant tecum? Sed optas ut crescant: ut accedat etas optas. Sed uides quia cum accedit una moritur altera. Veniente pueritia: moritur infantia. Veniente adolescentia: moritur pueritia. Veniente iuuentute: moritur adolescentia. Veniente senectute: moritur

iuuentus. Veniente morte: moritur omnis etas. Quod
optas gradus etatis: simul optas et mortes etatum;
Non sunt ergo ista. Deinde nati sunt tibi filii intra tecum
uicturi. an te potius exclusuri et successuri. Ad eos gau
des qui nati sunt: ut excludaris. Nati enim pueri tamquam
hoc dicant parentibus suis. Heia cogitate et uos ire hinc;
agamus et nos mimum nostrum. Mimus est enim generis humani.
tota uita temptationis quod dictum est: uniuersa uanitas omnis
homo uiuens. Et tamen si gaudetur ad filios successuros. quanto
gaudendum est ad filios cum quibus permanebimus. et ad illum patrem cui
nati sumus non morituri. sed ut nos cum illo semper uiuamus. Ipsa
sunt bona ierusalem. Quia ipsa sunt: benedicat te ergo dominus ex syon
et uideas que sunt bona ierusalem. Nam ista que attendis
bona: cecus uides. Videas sed illa bona que corde uidentur. Et quam
diu uidebo bona ierusalem? Omnes dies uite mee. Sed si uita tua
eterna sunt: in eternum uidebis bona ierusalem. Ista autem fratres mei
bona sunt: sed non omnes dies uite tue uides. Non enim quando exis
de corpore moreris. perseuerat uita tua. Corpus moritur: sed
uita spiritus perseuerat. Oculi non uident. quia discessit qui per oculos
uidebat. Vbicumque est qui per oculos uidebat: uidet aliquid. Non
enim mortuus erat diues ille. qui in terra induebatur purpu
ra et bisso. Si mortuus esset: apud inferos non torqueretur;
Optandum illi certe forte erat ut moreretur. sed malo suo uiuebat
apud inferos. Torquebatur enim et non uidebat bona illa que

intus dimiserat. Hec erat uita ipsius talis. Et bona illa
non uidebat. Ergo tu desidera talia bona. que uideas om-
nes dies uite tue. id est ut cum ipsis bonis uiuas in eternum. Que sunt
ergo illa bona fratres? Attendite dici possunt bona ista. Aurum est.
argentum est. fundus amenus est. marmorati parietes sunt.
tecta laqueata sunt. Absit. Ista abundantius pauper habet
in hac uita. Plus est enim pauperi uidere celum stellatum. quam diuiti
tectum inauratum. Fratres ergo quid est illud bonum quo accendi-
mur. cui suspiramus. quo inflammamur? Propter quod bonum
ad percipiendum et uidendum. tantos labores sustinemus? Sicut
audistis cum legeretur apostolus. quia omnes qui uolunt pie uiuere in
christo ihesu. persecutionem patiuntur. Non enim modo quia diabolus
per reges non seuit. ideo christiani non patiuntur persecutionem. Si mor-
tuus est diabolus. mortue sunt persecutiones. Si autem ille aduer-
sarius in te uiuit. unde non temptationes suggerit? Unde non
seuit? Unde non minas. aut scandala procurat? O si incipias
pie uiuere. uidebis quia omnis qui uult pie uiuere in christo ihesu per-
secutionem patietur. Propter quod ergo tantas persecutiones patimur? Si enim
in hac uita in christo sperantes sumus tantum ait apostolus. miserabiliores
sumus omnibus hominibus. Propter quod dampnati sunt ad bestias marty-
res? Quod est illud bonum? Dici potest? Unde. aut que lingua
dicat. aut que aures audiant? Et quod est. illud nec auris audi-
uit nec in cor hominis ascendit. Animemur tamen. proficiamus tantum.
Uidetis enim quia pugne non desunt. et pugnamus cum concupiscen-

tris nris. Pugnam9 foris cu infidelib3 7 inobedientib3
hominib3; pugnam9 intus cum suggestionib3, cu ptur bationib3
carnalib3. Ubiq3 pugnam9 adhuc; qr corp9 qd corrumpit
adgravat animā. Pugnam9 adhuc; qm si sps vita est.
tam corp9 mortuū est. ppt peccatū. S3 qd futurum est?
Si aut sps ei9 habitat in vob; q suscitavit xpm a mortu
is vivificabit et mortalia corpora vra; ppt xpm qui
habitat in vob. Cu g vivificata fuerint mbra vra mor
talia. iam nichil resistit spiritui vro; non fames erit.
non sitis erit; qr de corruptione corporis ista nascunt.
Ideo reficis; qr a te aliqd deficit. Concupiscentie delecta
tionū carnaliū; contra nos pugnant. Mortē portam9
infirmitate corporis. S3 cū mors ipsa conversa fuit
in illā incommutabilitatē. 7 corruptibile hoc induerit in
corruptionē. 7 mortale hoc induerit inmortalitatem.
quid audiet tunc mors? Ubi ē mors contentio tua?
Ubi ē mors aculeus tuus? Et forte morit et dicet restat
aliqui inimici. Non hoc sequit novissimā inimi
cam. Cum hec destructa fuit; inmortalitas succedit.
Si nullus erit inimicus; quasi novissima destruet mors;
Bonū verū cui suspiram9; pax erit. Ecce bonū frs. magnū bonū
pax vocat. Querebatis quid vocaret? aurū est. an argen
tū est. an fund9. an vestis? Pax ē. non pax qualē inter se ha
bent homines. infidam. instabilem. mutabilem incertam.

nota quomodo esuri(m)us et sitimus ppt corporis corruptionem

nec pax talis qualem secum habet ipse unus homo. Dimi-
camus enim quamdiu et secum pugnet homo. Usquequo domet omnes
cupiditates, adhuc pugnat. Qualis ergo pax? Quam ocu-
lus non vidit, nec auris audivit. Qualis pax? De Ierusalem.
Quia Ierusalem interpretatur visio pacis. Sic ergo benedicat te dominus ex
Syon. et videas bona que sunt Ierusalem; et videas omnes dies vite
tue. Et videas non filios tuos tantum, sed filios filiorum
tuorum. Quid est filios tuos? Opera tua que hic agis. Qui sunt
filii filiorum? Fructus operum tuorum. Facis elemosinas: filii tui sunt.
Propter elemosinas accipis vitam eternam: filii filiorum tuorum sunt.
Videas filios filiorum tuorum, et erit quod sequitur, quo concluditur:
Pax super Israel. Hec pax nobis predicatur a nobis. Ipsa amatur a nobis;
ipsa ut a nobis ametur optamus. Ad illam pacem perveniunt qui hic
pacifici fuerint. Illi sunt et hic pacifici qui et ibi. Qui circumeunt
mensam domini tamquam novellatio olivarum, ut non sit sterilis
arbor, qualis fuit illa ficulnea ubi fructum esuriens dominus non
invenit. Et videtis quod ei contigerit. Folia sola habebat, fructum
non habebat. Sic sunt qui verba habent, et facta non habent. Esuri-
ens dominus non ibi invenit quid manducet. Quia fidem nostram
et facta bona esurit dominus. Pascamus illum bene vivendo, et
pascet in eternum nobis vitam donando. **Explicit de psal-
mo C.XXVII. Incipit de psalmo C.XXVIII.**

Psalmus quem cantavimus brevis est;
sed sic scriptum est in evangelio de zacheo statu-

ra breuis. et magnus inope: sicut scriptum est. de illa ui
dua. que duo minuta misit in gazofilacium: breuis
pecunia sed magna caritas. sic iste psalmus. si uerba nume
res breuis est: si sententias appendas magnus est. Non ergo nos
poterit diucius: usque ad fastidium detinere. Caritate aduer
tat prudentia uestra. et adsit intentio christiana. Sonet uer
bum dei uolentibus oportune: nolentibus inportune. Inueniat
sibi locum: inueniat corda ubi requiescat. inueniat terram
ubi germinet: et fructum ferat. Nam quod multi mali sunt
et iniqui quos portat ecclesia usque in finem: manifestum est. Et hii
sunt quibus uerbum dei superfluum est. Aut si in illos cadit: quomodo
semen in uia conculcatur. et a uolatilibus colligitur: aut sic in eos cadit.
quomodo semen in petrosa loca ubi non habet terram multam statim
exit. et calefacto sole arescit quod non habebat radicem: aut sicut
inter spinas quod et si germinet et conetur in auras surgere. af
focatur tam multitudine spinarum. Tales autem sunt qui uerbum dei
contempnunt sicut uia: aut qui ad horam gaudent. et facta tri
bulatione sicut estas solis arescunt: aut qui cogitationibus et
curis et sollicitudine huius mundi tamquam in spinis auaricie
suffocantur. quod in illis ceperat germinare. Est autem etiam terra
bona: quo semen cum ceciderit affert fructum. aliud triceni.
aliud sexagenum: aliud centenum. Siue parum. siue multum:
omnes in orreo erunt. Sunt ergo tales et propter hos loquitur scrip
tura. propter hos non tacet euuangelium. sed et illi audiant. ne for
est

te

nota

aliud sunt hodie. aliud cras. ne forte audiendo mu-
tentur. aut arent ita. aut lapides fiant. pungent aut
spinas euellant. Dicat spiritus dei. dicat nobis. cantet nobis.
si uelimus saltare. Siue nolimus. cantet ipse. Sicut enim qui
saltat membra mouet ad cantum. sic qui saltant ad preceptum
dei operibus obtemperant sono. Ideo quia noluerunt hoc facere. quid illis
dicit dominus in euangelio? Cantauimus uobis et non saltastis. plan
ximus et non luxistis. Cantet ergo. Credimus uenturi multa.
quia erunt de quibus consoletur nos. Nam qui pertinaces sunt
perseuerant in malicia. quamuis audiant uerbum dei scanda
lis cotidie turbant ecclesiam. de talibus dicit iste psalmus.
Sic enim cepit. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea.
Ecclesia loquitur de his quos tolerat. Et tamquam diceretur modo?
numquid. Olim est ecclesia. ex quo uocantur sancti. est ecclesia in terra.
Aliquando in solo abel ecclesia erat. et expugnatus est a fratre
malo et perdito chaim. Aliquando in solo enoch ecclesia erat.
et translatus est ab iniquis. Aliquando in sola domo noe ecclesia
erat. et pertulit omnes qui diluuio perierunt. et sola archa natauit
in fluctibus. et euasit ad siccum. Aliquando in solo abraham
ecclesia erat. et quanta pertulit ab iniquis nouimus. In solo filio
fratris eius loth. et in domo eius in sodomis ecclesia erat. et pertulit
sodomorum iniquitates et peruersitates. quousque eum de medio
eorum liberauit deus. Cepit esse et in populo israel ecclesia. pertulit pha
raonem et egyptios. Cepit et in ipsa ecclesia id est in populo israel

interemerunt sanctorum moyses et ceteri sancti pertulerunt iniquos iudeos
ipsum israel. Ventum est et ad dominum nostrum ihesum christum praedicatum est
evangelium. dicit in psalmis annuntiavi et locutus sum:
multiplicati sunt super numerum. Quid est super numerum? Non
solum illi qui crediderunt. qui pertinent ad numerum sanctorum? sed et
super numerum intraverunt multi iusti. sed plures iniqui: et
pertulerunt iusti iniquos. Quando? In ecclesia. Numquid modo solum
ex quo eminet. ex quo commemorat? Ideo ne miraretur
modo ecclesia. vel ne quisquam miraretur in ecclesia. volens esse bo
num membrum ecclesiae. audiat et ipsam ecclesiam matrem suam.
dicentem sibi. Noli mirari et ista fili. saepe saepe expugna
verunt me a iuventute mea. Magnus affectus hic coepisse psal
mum. Saepe expugnaverunt me a iuventute mea. Quasi aliquid
iam loquebatur. Videtur enim non coepisse sed respondisse. Respon
deat autem quibusdam cogitantibus et dicentibus: Quanta mala
perferimus? Quanta scandala crebrescunt cotidie. quando iniqui
in ecclesiam intrant. et portamus eos? Respondeat autem ecclesia de
quibusdam. idest de fortiore voce: respondeat querelis infir
morum et confirment firmi infirmos: et grandes parvulos. et
dicat ecclesia. Saepe expugnaverunt me a iuventute mea: dicat vero
nunc israel. saepe expugnaverunt me a iuventute mea. dicat illud:
non illud timeat. Quo enim valet quod cum dixisset saepe expu
gnaverunt me addidit. a iuventute mea? Numquid iam modo
ecclesiae senectus expugnatur? sed non timeat. dicat saepe expu

gnauerunt me a iuuentute mea. Numquid ideo non peruenit
ad senectutem. quia non cessauerunt illi expugnando? Numquid
delere potuerunt? Dicat uero ipsa et consoletur se ipsa. Con
soletur se ipsa ecclesia de preteritis exemplis: et dicat. Sepe ex
pugnauerunt me a iuuentute mea. Quare expugnauerunt?
Etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.
longe fecerunt iniquitatem suam. Quare expugnauerunt? Quia non
potuerunt mihi. Quid est non potuerunt mihi? Non illis consensi ad ma
lum. Omnis enim malus ideo persequitur bonum: quia non illi consentit
bonus ad malum. Faciat aliquid mali. non obiurget episcopus: bonus
est episcopus. Obiurget episcopus malus est episcopus. Rapiat aliquis. taceat
cui rapit: bonus est. Saltim loquatur. et reprehendat: si non
repetat malus est. Malus est. qui reprehendit raptorem: et bonus
est qui rapit. Ambulet. manducemus et bibamus: cras enim
moriemur. Contra apostolus. Corrumpunt mores bonos: colloquia
mala. Sobrii estote et iusti: et nolite peccare. Sonat ubi
sonat sermo contradictor libidinis. At ille amicus libidi
nis sue et inimicus sermoni contradicenti amice sue. infe
stus est. et odit sermonem dei. Facta est enim amica auaricia:
et iubet nihil possideri ab auaricia. Ego possideam clamat
quod uis ab auaricia possideri? Dura iubet: leuia iubeo;
Onus eius graue est: sarcina mea leuis est. Iugum eius asperum
est: iugum meum leue est. Noli uelle ab auaricia possideri;
Iubet auaricia ut mare transeas: et obtemperas. Iubet ut

te uentis procellisque committas: iubeo ego ut ante hos
tium tuum exeo quod habes: des pauperi. Piger es ad faciendum
ante te opus bonum: et strenuus es ad transeundum mare. Quia
auaricia imperat seruis. quod deus iubet contemnis. Et quid? Cum odisse
cepit. incipit uelle criminari eos a quibus audit bona precepta.
et uelle prescriptiones suas: crimina querere sermonum dei;
Qui nobis ista dicunt. ipsi non faciunt ista et ista: siue que
fiunt. siue que non fiunt. Et quo non fiunt dicuntur fieri:
et que fiunt bene. dicuntur male fieri: et que toleramus ad
culpam nostram applicantur. Nos quid respondemus? Noli me ad
tendere: sermonem isti attende. Ipse tibi loquitur per quemlibet.
huic tu inimicus es. Concorda cum aduersario tuo: dum es
cum eo in uia. Aduersarium tuum: sermonem dei fecisti. Noli
attendere quod ille tibi loquitur. Malus est per quem tibi loquitur:
sed non est malus qui tibi loquitur. Sermonem dei accusa: deum ac
cusa si potes. Credetis fratres. huc usque peruenisse de quibus dicitur.
sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: ut etiam ipsum deum
accusare non dubitent. Accusas aurum: ille accusat deum
qui fecit aurum. Noli auarus esse. Et non faceret deus aurum.
Iam hoc restat. quia tua opera mala cohibere non potes. accu
sas opera bona dei. Displicet tibi creator et fabricator mundi;
Non faceret et solem. quia in fenestris contendunt multi de lu
minaribus: et ad iudicia se trahunt. O si uitia nostra cohibeamus.
quia bona sunt omnia: et laudant illum opera sua considerata

Opera bona deus / qui fecit omnia

quia bona sunt: a beo qui habet spiritum considerandi. spiritum
pietatis. et sapientie. Undique deus laudatur ab operibus suis. Qua
modo illi laudant opera sua per hos trium puerorum in camino
ignis. Quid pretermissum est. Laudant celi. laudant angeli.
laudant sydera. laudant sol et luna. laudant dies et noctes.
Laudat quicquid germinat de terra laudat quicquid natat in
mari. laudat quicquid in aere uolitat laudant omnes mon
tes et colles. laudant frigora et estus et cetera omnia que deus
fecit. audistis quia laudant dominum. Numquid audistis ibi quia
laudat dominum auaricia. Numquid dominum laudat luxuria. Non
laudant ista. quia non ipse illa fecit. Laudant ibi homines
dominum hominis creator est deus. Auaricia opus est mali ho
minis. homo ipse opus dei est. Et quid uult deus. Occidere
in te quod ipse fecisti. et saluare te quem ipse fecit. Noli fene
rari. Tu accusas scripturam dicentem: qui pecuniam suam non
dedit ad usuram. Non ego illud scripsi. non de ore meo
primo exiit. Dominum audi. Et ille. Clerici non fenerant. et forte
qui tibi loquitur non fenerat. Sed fac quia et ipse fenerat. Numquid
fenerat qui per prophetam loquitur. Si facit quod tibi dicit. et
tu non facis. tu in ignem. et ille in regnum. Si non facit
quod tibi dicit. et pariter facit mala que facis. et dicit bona
que non facit. pariter in ignem. Fenum arescit. uerbum autem domini
manet in eternum. Numquid arescit sermo qui tibi per illum locutus
est. Aut moyses est qui tibi loquitur. idem bonus et iustus famu
lus dei.

aut phariseus est cathedram moysi sedens. Audistis et de ipsis:
Que dicunt facite: que autem faciunt facere nolite. Non habes
tu unde te excuses: quando sermo dei tibi loquitur. Quia non potes
interficere sermonem dei: criminari queris eos per quos
tibi loquitur sermo dei. Quere quantum uis. dic quantum uis. blas
phema quantum uis: Sepe expugnauerunt me a iuuentute
mea. Dicat nunc israhel: sepe expugnauerunt me a iuuentute mea.
Etenim. audent etiam feneratores dicere: non habeo aliud unde
uiuam. hoc mihi et latro diceret dephensus in fauce. hoc mihi et ef
fractor diceret dephensus circa parietem alienum. hoc mihi et leno
diceret. emens puellas ad prostitutionem. hoc et maleficus in
cantans mala et uendens nequitiam suam. Quicquid tale prohibere
conaremur: responderent omnes quia non haberent unde uiuerent:
et inde se pascerent. Quasi non ipsum hoc in illis maxime
puniendum est: quia artem nequitie diligerent. unde uictum
transigant: et inde se uolunt pascere unde offendant eum
a quo omnes pascuntur. Sed cum clamaueris hoc et dixeris illis:
illi respondent. Si sic: non huc accedimus. Si sic: non intramus
in ipsam ecclesiam. Fremant. uideant. audiant: sepe expugna
uerunt me a iuuentute mea. Etenim non potuerunt mihi. supra dorsum
meum fabricauerunt peccatores. hoc est non potuerunt agere ut
consenciam facere quod portent. Quam preclare dictum est: quam
obtime significatum est: Etenim non potuerunt mihi. supra dorsum
meum fabricauerunt peccatores. Agunt nobiscum primo ut

consentiam illis ad facta mala. Si non consense
rimus: tolerate nos dicunt. Ergo quia non potuisti in
ascende in dorsum meum: portare te habeo quousque ue
niat finis. Sic enim in preceptum est: ut fructum afferam cum
tolerantia. Non te corrigo. tolero te: corrigis te. Si
non te corriges usque in finem. tolero te usque in finem.
et usque in finem super dorsum meum eris usque ad tempus. Nunquid semper
super dorsum meum eris? Veniet enim quod inde te excutiat. Ue
niet tempus messis. ueniet finis seculi. mittet deus messores.
Messores autem angeli sunt. separabunt malos de medio iustorum. sic
zizania a tritico. triticum recondent in horreo: paleam
autem comburent igni inextinguibili. Portaui quousque po
tui. iam gaudens transeo in horreum dei et securus canto;
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Quid enim non potuerunt
facere. qui expugnauerunt me a iuuentute mea? Exercuerunt me.
non obpresserunt. Saluerunt me sicut ignis aurum: non sicut ignis ad
ferrum. Ignis enim accedens ad aurum: sordem tollit. Accedens
ad ferrum: in cinerem uertit. Quod enim non potuerunt in me quia non consensi:
quia non me fecerunt quales sunt ipsi super dorsum meum fabricauerunt
peccatores. Longe fecerunt iniustitiam suam. Fecerunt quod tolerem:
et non fecerunt cui consentirem. Iam ergo iniustitia ipsorum: lon
ge est a me. Mali mixti sunt bonis: non solum in seculo. sed et
in ipsa ecclesia. mali mixti sunt bonis. Nostis et probatis.
et magis probabitis. si boni fueritis. Cum enim creuisset

aut forte cum tolero te

herba et fructum fecisset: tunc apparuerunt zizania. Nulli
apparent mali in ecclesia: nisi et qui fuerint boni. Nostis ergo
quia mixti sunt: et semper et ubique dicit scriptura. que non
separabuntur nisi in fine. Sic quomodo mixti sunt longe sunt
a se. Neque enim ergo ex eo quod mixti sunt mali inter bonos. puta
ret iniquitatem esse iuxta iustitiam: non potuerunt inquid
mihi. id est dixerunt et maledixerunt. manducemus et bibamus:
cras enim moriemur. Non corruperunt sermones mali: mores
bonos. In eo quod audiuit a deo. non cessit sermonibus hominum:
fecerunt in peccatores quod portare. non eum uinceret: et facta est
iniquitas eorum longe a me. Quid enim tam prope quam duos
homines in una ecclesia? Quid enim tam longe. quam iniquitas
a iustitia? Ubi est enim consensio: ibi propinquitas. Ligantur
duo intrantur ad iudicem. latro et colligatus. Ille sceleratus:
ille innocens. Una cathena ligantur: et longe sunt a se.
Quantum longe sunt a se? Quantum longe est scelus ab innocen
tia. Ecce isti longe sunt a se ab innocentia. Alius latro in hispa
nia facit scelera: proximus est. et qui facit in affrica;
Quantum proximus: quantum sibi iunguntur scelus et scelus?
Quantum sibi iunguntur latrocinium et latrocinium.
Nemo ergo timeat mixtos sibi corpore malos. longe
ab illis sit corde. et securius portat quod non timet. longe
fecerunt iniustitia sua. Quid occurrit? Florent illi qui
regnant inique. et ut sermone loquamur uulgi tonat

iniqui. extollunt in ipsos in calumnias. Quid ergo?
Semper hoc? Non. Audi quid sequitur. Dominus iustus concidet
cervices peccatorum. Intendat caritas vestra. Dominus in-
iustus con cidet cervices peccatorum. Omnibus qui audiunt
intrat in cor tremor, si credunt scripture Dei. Si enim sine
causa sibi tundunt homines pectora, mentiuntur qui tundunt
pectora, si iusti sunt. Et in eo quod mentiuntur deo, fiunt
peccatores. Si ergo veraciter sibi tundunt pectora, peccatores
sunt. Et quis nostrum non sibi tundit pectus? Et quis nostrum
non elidit oculos ad terram, sicut ille publicanus et dicit: Domine pro-
pitius esto mihi peccatori? Si ergo omnes peccatores, et nemo in-
venitur sine peccato, omnibus est timendus gladius in cervices, quia
Dominus iustus concidet cervices peccatorum. Non puto fratres mei quia
omnium peccatorum, sed in membro quod percutit ibi designat
quos peccatores percutit. Non enim dictum est Dominus iustus concidet ma-
nus peccatorum, aut Dominus iustus concidet pedes peccatorum, non
dictum est, sed quia peccatores superbos volebat intelligi. Superbi
autem omnes cervicati sunt, qui non solum faciunt mala,
sed nec agnoscere volunt, et quando subiugantur iustificant se.
Ecce fecisti, saltem agnosce quid fecisti. Odit deus peccatorem,
oderis et tu. Coniungere deo, simul persequimini peccatum
tuum. Non inquid ego bene feci, dominus male fecit. Quid est hoc? Ego
nichil male feci. ‡ Stelle fecerunt. Iustificas te, accusas dominum, qui
fecit stellas, qui ordinavit celum. Itaque qui iustificas peccatum

‡ inquid. quia saturnus fecit. quia mars fecit. quia venus fecit. Ego nichil feci.

tuum. et superbis aduersus dominum. quare te facis etiam culpam. et deum
inculpa. et tantum erexisti ceruicem tuam. et cucurristi contra
dominum. sicut scriptum est in iob. Dicebat de impio peccatore. cucurrit
aduersus dominum. in crassa ceruice scuti sui. et ibi ceruicem nomina
uit. quare sic te erigis et non elidis oculos ad terram et tundis pectus et
dicis. domine propitius esto mihi peccatori, sed iactas te de meritis tuis.
et uis mecum in conspectu dei iudicio contendere? Intras mecum in iudi
cium. cum debeas in reatu tuo factis facere deo et clamare ad illum.
quod clamatur in alio psalmo. si iniquitates obseruaueris domine. domine quis
sustinebit? Clamare ad illum quod clamatur in psalmo. ego dixi domine
miserere mei sana animam meam quoniam peccaui tibi. quoniam hec non uis dice
re. sed iustificas facta tua aduersus sermonem dei. uenit inde quod sequitur
scriptura et dicit. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Con
fundantur et auertantur retrorsum. omnes qui oderunt syon. Qui oderit
syon. oderit ecclesiam. Syon ecclesia est. Et qui intrant in ecclesiam ficte.
oderunt ecclesiam. Sed super dorsum meum fabricauerunt peccatores. Quomodo
factura est ecclesia. nisi portatura usque in finem? Sed quid dicit
de illis? sequitur et ait. Fiant sicut fenum tectorum quod priusquam
euellatur exaruit. Fenum tectorum herba est. que nascitur
in tectis. in solario. in tegulato. in alto uidetur et radicem
non habet. Quanto melius humilis nasceretur. et letius uires
ceret. modo nascitur altius ad celeriorem ariditatem. Nondum
euulsum est. et aruit. Nondum sumpti sunt in iudicio dei.
et tamen non habent succum uiriditatis. Attendite opera ipsorum.

et uidere quia aruerunt. Sed numquid et hic sunt? Non dico
ergo auulsi sunt et aruerunt, sed nondum auulsi sunt. Facti sunt
sicut fenum tectorum, quod prius quam euellatur aruit. Et ueniunt
messores, sed non de illis implent manipulos. Venturi sunt
enim messores et collectum erit triticum in horreum, et zizania
alligabunt et mittent in ignem: sic et fenum tectorum expur-
gatur, et quicquid inde euellitur in ignem mittitur. Quia et priusquam
euelleretur aruit, non inde implet messor manum. Sequitur enim et
dicit. De quo non repleuit manum suam messor, et sinum suum
qui manipulos colligit. Messores autem angeli sunt, Dominus dicit.
Et non dixerunt transeuntes uia: benedictio domini super uos; benedici-
mus uos in nomine domini. Nostis enim fratres quando transitur per operantes,
est consuetudo ut dicatur illis: benedictio domini super uos. Et magis
ista consuetudo erat in gente Iudeorum. Nemo transibat et uide-
bat aliquos facere opus in agro uel in uinea uel in messe, uel
in aliquid eiusmodi, uel licebat transire sine benedictione. Alii sunt
qui manipulos colligunt, alii sunt transeuntes uia. Qui mani-
pulos colligunt non de illis replent manum, quia non colligitur adhaere-
um fenum tectorum. Qui sunt qui manipulos colligunt? Mes-
sores. Qui sunt messores? Dominus dicit. Messores autem
angeli sunt. Qui sunt transeuntes? Illi qui iam per uiam
istam transierunt hinc ad patriam. Apostoli transeuntes erant in
ista uita, prophete transeuntes erant. Quos benedixerunt prophete
et apostoli? Illos in quibus radicem caritatis uiderunt. Quos autem in

uenerī intectis eminere 7 superbire incernite sicut sibi
dixerī contra illos qd futuri erant benedictionē autem
sup eos n̄ dederunt. Ergo istos om̄s malos quos portat eccła.
q̄ legitis inscripturis. inuenitis maledictos designatos
ad anti xp̄m ptinere. ad diabolū ptinere ad paleā ptinere ad
zizaniā ptinere. 7 multa innumerabilia psimilitudinē
dicunt illis. qa n̄ omīs qui dicit m̄ dne dne: intrabit
inregnū celoꝝ. Nullā inuenis scripturā. que de illis bene
loquat. qr transeuntes uiā non illis benedixerī. Transeuntes
pphe. omia de illis mala dixerī. Ecce 7 iste dd̄ quē portam⁹
transiit uiā. audistis q̄d de illis dicit. Dn̄s iust⁹ concidet
ceruices peccatorū. confundant 7 auertant retrorsū om̄s q̄
oderī syon. Fiant sic̄ fenū tectorū qd̄ priusq̄m euellat arescit;
Non repleuit manū suā messor. 7 sinū suū q̄ manipulos col
ligit. Hec de illis dixit. Non ḡ supra illos iste tnsiens be
nedixit 7 impletū ē. etiam pillū qd̄ ipse transiens dixit.
Et non dixerī transeuntes uiā. benediximus in noīe dn̄i. Et
isti transeuntes. siue pphe. siue patriarche. siue apli quicūq;
transierī. si bene uiuim⁹ fr̄s: benedixerī nos innoīe dn̄i;
Quando me inq̄d benedixit paulus? Quando me bene
dixit petrus? Attende inscripturis. Vide si bene uiuis.
7 uide ibi benedictū te fuisse. Om̄s bene uiuentes bene
dixerī. Et quom̄ benedixerī? In nomine dn̄i. n̄ innoīe
suo: sic̄ heretici. Nam eū dicunt qd̄ nos clam⁹ hoc ē. scm̄:

in nomine suo uoluit benedicere. non in noīe dn̄i.
Qui aut̄ dicunt non sc̄ificat nisi deus. neq; quisquā ē bonꝰ
nisi dona dī: ipsi in nomine dn̄i benedicunt. non in nomine
suo. Qui amici sunt sponsi: nolunt eē adulteri sponse.

Expl̄c de psalmo. centesimo. uicesimo. nono. Incipit de
psalmo. centesimo. tricesimo.

QUONIAM NOS non solū oculis corporꝭ
sed etiam corde uigilare p̄sumimꝰ: intelli
genter nos cantare oportet. De pfundis
clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi uocem meā;
Et eni hec uox ascendentis ē: et ptinens ad canticum
graduū. Debet utiq; unusquisq; nr̄m uidere. in q̄
pfundo sit: de quo clamet ad dn̄m. Clamauit de pfundo
iona: de uentre ceti. Erat non solū sub fluctib; uerū
etiā in uisceribz belue: nec tam̄ illud corpꝰ et illi fluctus
int̄ cluserī orationē ne puenirent ad dn̄m: et uentr̄ belue
n̄ potuit tenere uocē depcantis. Penetrauit omnia: disru
pit omnia. puenit ad aures dī. Sic tam̄ nunc dicendū ē.
q disruptis omnib; puenit ad aures dei: q̄ndo ad aures dī
in corde pcantis erat. Ubi eni dn̄m p̄sentē n̄ habet. cui fide
lis ē uox? Uerū tam̄ et nos debemꝰ intelligere: de quo p
fundo exclamam̄ ad dn̄m. Profundū eni nob̄ est: uita ista
mortalis. Quisqs se in pfundo intellexerit. clamat. gemit.
suspirat: et donec de pfundo eruat̄: et ueniat ad eū q̄ sup

omnes abyssos sedet. super cherubim; super omnia que crea
uit. non solum corporalia; sed etiam spiritualia. donec ad eum
ueniat; donec ab illo liberetur imago ipsius quod est homo
que in hoc profundo tamquam assiduis fluctibus exagitata de
trita fuit; et nisi renouetur et reparetur ab eo qui illam im
pressit quando formauit hominem. idoneus esse potuit homo ad
casum suum. non est idoneus ad resurrectionem suam; semper in profundo
est. ut dixi. nisi liberetur. semper in profundo est. Sed cum de profundo cla
mat. surgit de profundo; et ipse clamor non eum permittit mul
tum in imo esse; Valde enim in profundo sunt qui nec clamant de
profundo. Dicit scriptura. Peccator cum uenerit in profundum ma
lorum contempnit. Iam uidete fratres quale sit ubi contempnitur
deus. Cum uiderit se quisque cotidianis peccatis obrutum
acervis quibusdam et molibus quibusdam iniquitatum premi; si
dictum fuerit illi ut deum roget. irridet. Quibus modis? Pri
mo dicit. Si deo displicerent facinora. ego uiuerem. Si cura
ret deus res humanas. ad tanta scelera que feci. non solum
uiuerem. sed et bene mihi esset. Solet enim illis hoc euenire qui
multum in profundo sunt. et prosperantur in iniquitatibus suis; et tanto
magis in profundo demerguntur. quanto magis uidentur esse feli
ces. fallax enim felicitas; ipsa est maior infelicitas. deinde et
hoc solent homines dicere. Iam quia multa feci et dampnatio
imminet. hoc pro illo quod non facio quicquid facio possum. Quomodo solent
desperati latrones dicere. sic me occisurus est iudex pro decem homi
cidiis.

quomodo perveniunt? quomodo perveniunt. quare non iam faciatis?
Quicquid non occurrerit factio. Hoc est peccator cum venerit in
profundo malorum contempnit. Sed dominus ihesus christus qui nec profun
da ista contempsit. qui usque ad istam vitam venire dignatus est:
promittens remissionem omnium peccatorum etiam de profundo ex
citavit hominem. ut clamaret de profundo sub molibus pecca
torum: et perveniret vox peccatoris ad dominum. Unde clamavimus.
nisi de profundo malorum? Et videte quia vox peccatorum clam
at de profundo. De profundis clamavi ad te domine: domine exaudi
vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocem depreca
tionis mee. Unde clamat de profundo? Quis est enim qui clamat?
Peccator. Et qua spe clamat? Quia venit qui solveret peccata.
dedit spem etiam in profundo posito peccatori. Ideo quid
sequitur post istas voces? Si iniquitates observaveris domine.
domine quis sustinebit? Ecce apparuit de quo profundo clama
ret. Clamat enim sub molibus et fluctibus iniquitatum suarum;
circumspexit se. circumspexit vitam suam. vidit illam undique fla
gitiis et facinoribus coopertam. Quacumque respexit: nichil in se
boni invenit. nichil illi iustitie sereni potuit occur
rere. Et cum tanta et tam multa peccata undique et catervas
scelerum suorum videret. tanquam expavescens exclamavit
dicens. Si iniquitates observaveris domine. domine quis
sustinebit? Non dixit ego non sustinebo. sed quis sustine
bit? Vidit enim ipse totam vitam humanam circulatam

peccatis suis. accusari omnes conscientias cogitationibus
suis. non inveniri cor castum praesumens de iusticia sua;
Si ergo cor castum non potest inveniri quod praesumat de ius
ticia sua praesumat cor omnium de misericordia dei: et dicat deo;
Si iniquitatem observaveris domine. domine quis sustinebit? Quare
autem spes est? Quoniam apud te propitiatio est. Et que est ista propitiatio.
nisi sacrificium? Et quod est sacrificium nisi quod pro nobis oblatum est?
Sanguis innocens fusus: delevit omnia peccata nocentium. Precium
tantum datum: redemit omnes captivos de manu captivan
tis inimici. Ergo est apud te propitiatio. Nam si non esset
apud te propitiatio. si iudex solum esse velles et misericors esse
nolles. observares omnes iniquitates nostras et quereres eas quis
sustineret? Quis ante te staret et diceret. innocens sum?
Quis staret in iudicio tuo? Spes ergo una est. Quoniam est apud te
propitiatio. Propter legem tuam sustinui te domine. Quam legem?
Que reos fecit. Data est enim lex sancta. iusta. bona videlicet. sed reos
potuit eos facere. Non data est lex que posset vivificare: sed
que ostenderet peccata peccatori. Peccator enim oblitus erat se
nec videbat se: data est illi lex ut videret se. Fecit reum lex:
liberavit lator legis. lator enim legis: imperator est. Lex data
est que terreat et constringat in reatum: et non solvit lex a pecca
tis. sed ostendit peccata. Et forte sub ipsa positus animadvertit
iste in profundo quanta fecerit contra legem: et sic exclamavit
dicens. Si iniquitates observaveris domine. domine quis sustinebit?

Est ergo lex misericordie dei. Lex est propitiationis dei. Illa
timoris fuit. Est alia lex caritatis. Lex caritatis dat
veniam peccatis. Delet preterita. ammonet de futuris. In
via non deserit comitem. Comes fit ei quem ducit in via.
Sed concordandum est cum adversario dum es in via cum illo. Est
autem sermo dei adversarius tuus. quamdiu cum illo
non concordas. Concordas autem cum ceperit te delectare facere
quod dicit sermo dei. Iam qui erat adversarius fit amicus. De
finita via non erit qui te tradat iudici. Ergo propter legem
tuam sustinui te domine. Quia dignatus es legem misericordie
afferre. mihi dimittere omnia peccata mea. dare de cetero
monita ne te offendam. In ipsis monitis si quid forte
titubavero dedisti mihi remedium quo te orem dicens.
Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitori
bus nostris. Hanc legem statuisti mihi. ut quomodo dimitto
dimittatur mihi. Propter hanc legem sustinui te domine. Expecta
bo quando venias. ut liberes ab omni necessitate quia in ipsa
necessitate non deseruisti legem misericordie. Audi quam legem
dicat si non dum intellexisti. Quia legem modo dicit caritatis.
Audi apostolum. Invicem onera vestra portate et sic adimplebitis
legem Christi. Qui portant invicem onera sua. nisi qui habent
caritatem? Qui non habent caritatem graves sunt sibi; qui autem
habent caritatem portant se. Lesit te aliquis petit veniam;
Si non dimittis non portas hominis fratris tui. Si dimittis por-

tas infirmi. Et tu si forte in aliqua infirmitate cecide
ris quasi homo. oportet ut sic te portet et ille: quemad
modum et tu. Audi quod precessit. Fratres inquid si preoccupatus fu
erit homo in aliquo delicto. vos qui spiritales estis instruite
huiusmodi in spiritu lenitatis. Et ne forte quia spiritales monu
erat uelud securi sibi uiderentur: continuo subiecit. Intendens
te ipsum ne et tu tempteris. Deinde quod commemoraui subiunxit;
Alter alterius honera portate: et sic adimplebitis legem Christi. Unde
dicitur. Propter legem tuam: sustinui te domine. Dicuntur cerui quando tran
seunt freta in proximas insulas pascue gratia. capita super inuicem
ponere. et unus qui ante est. solus portat caput. et non ponit super
alterum. sed cum ipse defecerit. tollit se ab anteriore parte. re
dit posterius. ut et ipse in altero requiescat. Et sic portant omnes
honera sua. et perueniunt ad quod desiderant. et non patiuntur nau
fragium. quia quasi nauis est illis caritas. Itaque caritas
portat honera. sed non timet ne prematur honeribus talibus. Ne pec
catis suis unusquisque prematur attendat. Nam quando portas in
firmitatem fratris tui: non te honerant peccata ipsius. Plane si
consentias. iam tua te premunt non alterius. Quisquis enim consense
rit peccatori. non alienis sed suis grauatur. Consensio enim
ad peccatum alterius. tuum fit peccatum. et non est quare queraris. quod
peccata aliena te premant. dicitur enim et premunt te sed tua. Vi
disti furem: concurristi cum eo. Quid est hoc? Pedibus ambulasti
ad furtum in momento coniunxisti te furto. Quod ipsius

Nota illud canonice B. Iacobi Apostoli

Nota proprietatem de ceruis

solum erat. factum est in tuum: quod placuit tibi. Si autem
displicuerit tibi et oraveris pro eo: et de peccatis veniam
dederis. ut possis libera fronte dicere in precibus tuis
quas tibi iuris peritus celestis dictavit. dimitte nobis
debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. didicisti
portare honera fratris tui ut et alius portet si qua sunt
tua et fiat in vobis quod apostolus ait. invicem honera vestra por
tate: et sic implebitis legem christi. Ita securus cantas quo
modo dictum est: propter legem tuam sustinui te domine. Hanc
autem legem qui non servat nec sustinet dominum. nec si
velit sustinere causa est. quare sustineat. inaniter susti
net. Venturus est enim dominus: et inventurus peccata tua. Quod
autem perfecta iusticia inpetrasti: non est inventurus. Homicidi
um forte. Gravia sunt enim et valde maiora. non est inve
nturus. adulterium. non est inventurus. furta. non est inventurus.
rapinam. non est inventurus. maleficia. non est inventurus. idola
tria: non est ista inventurus. Nichil ergo inventurus est.
Audi sermonem evangelii. Qui dixerit fratri suo fatue. Absti
etiam peccatis lingue minutissimis quis abstinet? Sed forte
dicis parva sunt. Reus erit in quo gehenne ignis.
Si parvum tibi videtur autem modicum dicere fratri fatue. vel ge
henna ignis videatur tibi magna. Si contempnebas minus
peccatum. vel pene magnitudine deterrere. Sed dicis minora
sunt minuta sunt: sine quibus non potest vita ista. Congere

minuta: et faciunt ingentem acervum. Nam et grana minuta sunt, et tamen massam faciunt. Et guttae minutae sunt, et flumina implent, et moles trahunt. Ideo et ille considerans quam multa peccata minuta cotidiana committat homo, si nichil aliud vel per cogitationes et linguam, attendit quam multa sint. Et si attendit quam minuta sint, videt per multa minuta fieri acervum magnum, et non quasi peccata sua pristina cogitans, sed ipsam fragilitatem humanam iam ascendens clamat. De profundis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae. Si iniquitates observaveris domine, domine quis sustinebit? Possum vitare homicidia, adulteria, rapinas, periuria, maleficia, idolatriam, numquid et peccata linguae? Numquid et peccata cordis? Scriptum est. Peccatum iniquitas est. Quis ergo sustinebit, si tu iniquitates observaveris? Si nobiscum severus iudex agere volueris non misericors pater, quis stabit ante oculos tuos? Sed est apud te propitiatio: propter legem tuam sustinui te domine. Quae lex est ista? Invicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem Christi. Qui portant invicem onera sua, hi qui fideliter dicunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Sustinuit anima mea in verbum tuum. Nemo sustinet, nisi qui nondum accepit quod promissum est. Nam quod iam accepit quid sustinet? Accepimus remissionem peccatorum, sed

ꝑmissū nob̄ ē regnū celoꝝ. Debita nr̄a delecta sunt
sed merces nr̄a ad huc futura ē. Accepim᷒ ueniam:
s; etnā uitā nondū tenem᷒. S; q̄ dedit ueniā: ipse ꝓ
misit 7 uitā etnā. Si uerbū hōīs eēt: deberem᷒ timere.
Quia uerbū dī ē: n̄ fallit. Securi ergo spam᷒ in ei᷒ uerbū
qui fallere nō potest. sperauit aīa mea in dn̄o. a uigilia
matutina. usq; ad noctē. Quo est qd̄ ait? Una die
speraū in dn̄o. 7 finita ē tota spes ipsius? A uigilia
matutina usq; ad noctē: spauit isrl̄ in dn̄o. Ista uigilia
matutina: finis noctis est. Hinc usq; ad noctē: spauit
aīa mea in dn̄m. Ergo intelligendū est: ne putem᷒ uno die
nob̄ spandū eē in dn̄m. A uigilia matutina usq; ad noctem.
Quid ḡ putatis fr̄s hoc eē. a uigilia matutina usq; ad noctē
spauit in dn̄m? Quia dn̄s ꝑ quē nob̄ dimissa sūt pecca: in
uigla matutina resurrex̄ a mortuis. ut hoc spem᷒ in nobis
futurū: qd̄ pcessit in dn̄o. Iam enī pecca nr̄a dimissa sunt:
s; n̄ dū resurreximus. n̄ dū in nob̄ factū est: qd̄ pcessit in capi
te nr̄o. Quid pcessit in capite nr̄o? Quia 7 caro ipsi᷒ capitis
resurrexit. Sps illi᷒ capitis nunquid mortuus est? S; qd̄ in eo
mortuū est. resurrexit. resurrex̄ aut tercia die. 7 quodam
modo hoc nob̄ dicit dn̄s. Quod in me uidistis: spate in uob̄;
Id est qr resurrectio erit: resurgetis 7 uos. S; sunt q̄ dicāt;
Ecce resurrexit dn̄s. Nunquid ꝓpterea spandū est. 7 me pos
se resurgere? Utiq; ꝓpterea. In hoc enī resurrex̄ dn̄s: qd̄

s; non dū resurreximus:

a te accepit. Non enī resurgeret: nisi mortuus eēt:
nisi carnē portaret. Quid accepit a te dñs? Carnem.
Quid uenit ipse? Verbū dī qđ erat ante omia: p qđ
facta sunt omia. S; ut acciperet abs te aliqđ. uerbū caro
factū est. & habitauit in nob. Accep abs te: qđ offerret p
te. quomō accep sacerdos a te qđ p te offerat. qndo uis
placare dm̄ pro peccatis tuis. Iam factū est: ita fac
tū ē. Sacerdos nr̄ a nob accepit: qđ p nob offerret.
Accep a nob carnē. in ipsa carne uictima fact' est. sacfi
ciū factus ē. In passione fact' sacficiū est. in resurrecti
one innouauit illud qđ occisū ē. & tamqm̄ primicias tuas
dedit deo. & ait t. Consecrata sunt iam oīa tua: qndo tales
primicie tue de te date sunt dō. Spa g° & in te futurū: quod
pcessit in primiciis tuis. Ergo q2 ille a custodia matutina
surrexit: cepit aīa nr̄a ex hoc spare. Ex quo usq;? Usq;
in noctē: quousq; moriam. Omis enī mors nr̄a carnalis:
quasi somn' ē. Cepisti spare ex quo resurrexit dñs? Noli de
ficere spare. quousq; exeas ab hac uita. Nā si n̄ usq; ad
noctem sparaueris: deletur totū qđ sparaueras. Sunt enī homines
q incipiunt spare: s; n̄ pseuerant usq; ad noctē. Incipiunt
pati tribulationes aliqs. incipiunt pati tēptationes: uident
homines malos & iniquos. felicitate tēporali pollere. & qm̄
talia sparabant de dño. ut hic eēnt felices: attendunt eos
q scelera fecerunt habe qđ ipsi habe desiderabant. & deficiunt

pedes eorum: et desinunt sperare in dominum. Quare? Quia
non a vigilia matutina ceperunt sperare. Quid est hoc?
Non hoc ceperunt sperare de Christo, quod precessit in Christo, a vigilia
matutina: sed sperabant de Christo ut si essent christiani
haberent plenam domum frumento, vino et oleo, argento
et auro: nullus eorum moreretur inmaturus. Si quis eorum non haberet
filios, acciperet. Si uxorem non duxisset: duceret. Non abor-
tiret non solum aliqua mulier in domo eius, sed nec pecus eius:
non acesceret cupa eius: non grandinaret vinea eius. Qui sic
sperabat in Christo, animadvertat his rebus habundare eos
qui non colebant Christum: et defecerunt pedes eius, et non speravit usque
ad noctem: quia non cepit a vigilia matutina sperare. Quis ergo sic
incipit a vigilia matutina sperare? Qui hoc sperat de Christo:
quod cepit ostendere a vigilia matutina in qua resurrexit;
Antea enim: nemo resurrexerat semper victurus. Intendat caritas
vestra. Resuscitati sunt mortui: ante adventum domini. Nam et Helias
resuscitavit mortuum, et Heliseus: sed resurrexerunt iterum morituri.
Dominus ipse quos resuscitavit: morituri resurrexerunt;
Sive ille iuvenis filius viduae, sive illa puella duodecim
annorum filia archisinagogi, sive Lazarus. Aliter resuscitati
sunt: omnes morituri. Semel nati sunt: sed bis mortui sunt;
Nemo resurrexerat numquam moriturus: nisi dominus. Quando
autem resurrexit dominus: numquam moriturus. A vigilia matutina
hoc spera et tu de Christo, resurrecturum te non quomodo Lazarus resurrexit.

non quomodo filius uiduę. et archisinagogi filia surrexerunt:
non quomodo quos suscitauerunt prophetę antiqui; sed resurrecturum
te sperat quomodo dominus: ut post resurrectionem qua resurre
xeris. non te iam timeas moriturum: et cepisti sperare
a custodia matutina. Spera autem usque ad noctem. quo usque fi
niatur hec uita: quo usque sit nox uniuersi generis hu
mani in occasu seculi. Quare huc usque? Quia post istam noctem.
iam non erit spes: sed ipsa res. Spes enim quę uidetur
non est spes: apostolus dicit. Quod enim uidet quis. quid sperat?
Si autem quod non uidemus speramus: per patientiam expectamus;
Si ergo patienter expectare debemus quod non uidemus. usque ad noc
tem speramus: id est usque ad finem huius uitę nostrę. uel seculi. Cum
autem nox ista transierit: iam ueniet quod sperabamus. Et non
iam sperabimus: nec tamen desperati erimus. Est enim uituperatio des
peratorum. Et aliquando de desperato homine dicimus: non habet spem.
Non semper malum est: non habere spem. In hac uita cum sumus: malum
est non habere spem. Qui enim modo spem non habet: rem postea non
habebit. Ergo modo spem debemus habere. Sed cum res uenerit. numquid
spes erit? Quod enim uidet quis. quid sperat? Veniet dominus noster primo
in forma ipsa in qua crucifixus est. et resurrexit. demon
straturus generi humano: ut uideant et pii et impii. Illi
uideant. et gratulentur inuenisse quod crediderunt ante
quam uiderent: et illi erubescant non se credidisse quod uidebunt;
Erubescentes damnabuntur: et coronati gratulabuntur. Dicet con

fusis. Ite in ignem eternum, qui preparatus est diabolo et angelis
eius. Dicetur gaudentibus: venite benedicti patris mei percipite
regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Quod cum
acceperint, iam spes non erit, quia tenebitur. Transacta ergo spe,
transibit nox illa. Sed donec fiat a vigilia matutina, speret
anima mea in domino. Et redit ad illud: A vigilia matutina usque ad
noctem speret israel in domino. A vigilia matutina usque ad noctem speret
anima mea in domino. Sed speravit a vigilia matutina speret israel
in dominum: sed a vigilia matutina speret israel. Ergo culpo spem seculi.
Quando spatium dedeo? Non. Sed alia spes est israel propria. Non pro
summo suo bono speret israel divitias, non salutem corporis, non
habundantiam terrenorum. Immo tribulationem hic habiturus est, si
forte contigerit illi propter veritatem pati aliquas molestias. Non
enim sperabant in domino martyres? Et tamen talia sunt passi qualia
latrones, qualia iniqui. Subiecti ad bestias, ignibus concremati, gla-
dio percussi, excarati, cathenis obstricti, carcere necati. Ista omnia
mala passi non sperabant in dominum? Aut ideo sperabant ut istis
malis carentes hac vita fruerentur? Non plane, quia a vigilia
matutina sperabant. Quid est hoc? Considerabant illam vigiliam
matutinam qua resurrexit dominus eorum, et videbant quia antequam
resurgeret talia ipse passus erat qualia ipsi pa-
ciebantur; et non desperabant etiam se post tales passio-
nes resurrecturos ad vitam eternam. Speravit israel in dominum a vi-
gilia matutina usque ad noctem. Quia apud dominum miseri-
cordia, et copiosa apud eum redemptio. Magnifice melius dici non
posse loco suo propter illud quod dixit: a vigilia matutina usque ad
noctem speret israel in dominum. Quare? Quia a vigilia matutina surrexit dominus,
et hoc debet sperare corpus quod in capite precessit. Sed ne suggerat ista co-
gitatio: capiti licuit resurgere quia peccatis non premebatur. Nullum
peccatum erat in illo. Quid nos facturi sumus? Sperabimus talem re-

surrectione qualis in domino precessit, cum peccatis nostris aggrauaremur? Sed
inde quid sequitur. Quoniam apud dominum misericordia, et
copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel
ab omnibus iniquitatibus eius. Ergo si premebatur peccatis suis,
adest misericordia dei. Ideo precessit ille sine peccato, ut de-
leat peccata sequentium. Nolite presumere in uobis, sed a uigilia
matutina presumite. Videte caput nostrum resurrexisse, et
ascendisse in celum. In illo culpa non erat, sed pellem mortis culpe de-
lebuit. Ipse redemit israel ab omnibus iniquitatibus eius, quia israel uen-
dere se potuit, et fieri uenumdatus sub peccato, redimere se ab
iniquitatibus non potest. Ille potuit redimere, qui se non potuit
uendere. Qui non commisit peccatum, ipse est redemptio a peccato;
Ipse redimet israel. Unde redimet? Ab illa iniquitate, an ab il-
la? Ab omnibus iniquitatibus suis. Non ergo timeat accessurus
ad dominum aliquis iniquitates suas, tantummodo accedat pleno
corde, et desinat iam facere que ante faciebat, et non dicat.
illa iniquitas non mihi dimittetur. Si enim hoc dixerit, et propter quia
ipsam putat sibi non dimitti, non se conuertat, et faciendo
cetera, non illi dimittetur et illud quod non timebat. Quia feci
inquit scelus magnum, et non mihi potest dimitti, iam faciam
et cetera. Hoc enim perdo, quod non facio. Noli timere. In profundo
es, noli contempnere de profundis clamare ad dominum et dic. Si
iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Obserua il-
lum, et expecta illum, et sustine propter legem ipsius. Quam legem
tibi dedit? Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Spera te resurrecturum, et tunc futurum omnimodo

sine peccato: qm ille resurrexit. qui prius fuit sine
peccato. Augustia matutina spa. noli dicere ergo n̄ sum
dignus. Propt̄ peccata non es dignus: s; multa apud
illum redemptio. Et ipse redimet isrl̄: ex omnibus
iniquitatibus eius. Explicit de psalmo
centesimo. vicesimo nono. Incipit de psalmo
tricesimo: canticum graduum.

In isto psalmo commendat̄ nob humilitas servi dei
et fidelis. cui voce cantat: que ē univsū corpus xp̄i.
Sepe eni ammonuimus caritatē vrām. non quasi
unius hominis cantantis vocē accipi debere. s; omnium
qui sūt in xp̄i corpore. Et quia multi in illius corpore sunt
oms tanquā unus homo loquit̄. & ipse unus est: qui
et multi sunt. Multi sunt in se ipsis: unū sūt in illo
qui unus ē. Ipsū ē aut̄ etiā templū dī de quo aptl̄s dicit.
templū eni dī scm̄ est: qd̄ estis vos. Oms qui credunt in
xp̄m: & sic credunt ut diligant. hoc ē eni credere in xp̄m:
diligere xp̄m. Non quomodo demones credebant sed non dili
gebant. Et ideo quamvis crederent: dicebant. Quid nob et
tibi ē fili dī? Nos aut̄ sic credamus ut in ipsū credamus.
diligentes eū: et non dicamus qd̄ nob & tibi est. sed dicamus
pocius ad te ptinemus. tu nos redemisti. Oms ḡ qui sic credūt
tanquā lapides sūt uiui: qb tēplū dī edificat̄. Et tanquam
ligna imputribilia. quib archa conpacta ē: que in diluuio

mergi non potuit. Hoc autem templum est idem ipsi ho
mines. ubi rogatur deus: et exaudit. Quisquis ergo preter tem
plum dei orauerit deum. non exauditur ad illam pacem ierusalem
supernam. et si exauditur ad quedam temporalia que deus et paga
nis donauit. Nam et ipsi demones exauditi sunt: ut irent
in porcos. Exaudiri ad uitam eternam aliud est: nec conceditur nisi ei
qui in templo dei orat. Qui orat in pace ecclesie: in unitate corpo
ris christi: quod corpus christi constat ex multis credentibus in toto
orbe terrarum: et ideo exauditur quia orat in templo. Ipse enim orat
in spiritu et ueritate. qui orat in pace ecclesie: non in illo templo ubi
figura erat. Secundum figuram enim, dominus exclusit homines de
templo qui sua querebant: id est qui propterea uendendum et emendum
ibant in templum. Si autem figura erat illud templum. manifes
tum est quia et corpus christi quod est uerum templum cuius illa imago erat.
habet permixtos ementes et uendentes: id est sua querentes.
non que ihesu christi. Sed excluduntur inde: de flagello resticule;
Restis enim peccata significat: sicut dicitur per prophetam. Ve eis qui nota quod pecca ta restis signi ficat.
trahunt peccata uelud restem longam: qui addunt peccata peccatis;
Qui cum fecerint unum peccatum: ut cooperiant illud faciunt alterum.
Quomodo enim ut restis fiat additur spartum sparto. non autem
in rectum id, sed torquetur: sic omnia parua facta que sunt
peccata. cum adduntur sibi. et addendo peccato peccatum: et pecca
tum ad peccatum adnectitur. fit restis longa. Quorum semi
te praue: et flexuosi gressus eorum. Quo ualet autem

ista restis. nisi unde ligentur ei manus et pedes, et proiciatur
in tenebras exteriores? Meministis enim dictum de quo
dam peccatore in evangelio. Ligate illi manus et pedes et pro
icite illum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor
dentium. Non esset unde ligarentur illi manus et pedes: nisi
ipse sibi restem fecisset. Unde aptissime: alio loco scriptum
est. Criniculis peccatorum suorum: unusquisque constringitur.
Ergo quia de peccatis suis homines vapulant. ideo dominus flagel
lum de resticula fecit: et inde expulit de templo omnes qui
sua quaerebant: non quae ihesu christi. Huius ergo templi vox est in psalmo;
In hoc templo ut dixi rogatur deus. et exauditur in spiritu et veritate:
non in illo corporali. Nam illic umbra erat. in qua demonstra
retur quod venturum erat: ideo iam illud cecidit. Cecidit ergo domus
orationis nostrae? Absit. Non enim illud templum hoc quod cecidit:
potuit dici domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Audistis
enim: quod dixerit dominus ihesus christus. Scriptum est. Domus mea domus oratio
nis vocabitur omnibus gentibus: vos autem fecistis illam speluncam latro
num. Numquid illi qui voluerunt facere speluncam latronum domum
dei. fecerunt ut rueret templum? Sic et illi qui male vivunt in ecclesia
catholica. quantum in ipsis est: domum dei volunt facere speluncam.
latronum Non ideo evertunt templum. Veniet enim tempus quando de restibus
peccatorum suorum foras mittantur. Hoc autem templum dei. hoc
corpus christi. haec congregatio fidelium. unam vocem habet: et
tamquam unus homo cantat in psalmo. Eius vocem iam in multis

psalmus audiatur: audiam' et inisto. Si uolum'. uiua
uox est. Si uolum' aure audire auditu. cantante et corde canta
mus. Si aut nolum'. erim' in illo templo tanquam ementes
et uendentes: id est sua querentes. Intram' ecclesiam. n
ea que placent oculis dei. Viderit g° in numero uro:
quis quomo audiat. Utrum audiat et irrideat: utrum
audiat et post se ponat. Utrum audiat et consonet: id est
sentencia hic uoce sua. et adiungat uoce cordis sui. uoci psal
mi hui'. Tamen uox psalmi hui' non tacet. Instruantur
qui possunt: immo qui uolunt. Qui nolunt: non
impediant. Comendet' nob humilitas. Inde cepit.

DOMINE. non est exaltatum cor meum. Sacrificium ob
tulit. Unde probam' quia sacrificium obtulit?
Quia humilitas cordis: sacrificium est. Dicit' in alio psalmo. Quoniam
si uoluisses sacrificium: dedissem utique. Satis uolebat facere deo
pro peccatis suis. propiciare illum uolebat: ut acciperet in
dulgenciam peccatorum. Et quasi querens unde illum propicia
ret: si uoluisses sacrificium inquid dedissem utique holo
caustis non delectaberis. Ergo superflue querebat. aut
arietes. aut tauros. aut aliquam talem uictimam: unde
placaret' deus. Quid g°? quia holocaustis non delectat' deus;
Non accipit sacrificium. et sine sacrificio placat'? Si nullum
sacrificium est: nullus sacerdos. Si aut habem' sacerdotem
in celis qui pro nob patrem interpellat. intrauit eum in sca

sanctorum in interiora ueli. quo non intrauit sacerdos in figu
ra nisi semel in anno. sic et dominus in toto tempore semel oblatus
est: ipse obtulit se: ipse sacerdos. ipse uictima. et intrauit
in sancta sanctorum semel. etiam non moritur. nec mors ei ultra domi
nabitur. securi sumus quia habemus sacerdotem: ibi offeramus
quod offeramus. Uideamus quod sacrificium debemus offerre. quia holo
caustis non delectatur dominus noster: sic audistis in psalmo. Sed ibi
sequitur: et ostendit quid offeratur. Sacrificium deo spiritus contribu
latus: cor contritum et humiliatum deus non spernit. Si ergo hu
miliatum cor sacrificium deo est: sacrificium obtulit qui dicit.
Domine. non est exaltatum cor meum. Uide alio loco: sic offerentem. Dic deo.
Uide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.
Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt in altum oculi mei.
neque ingressus sum in magnis: neque in mirabilibus super me. hoc
plenius dicatur: et audiatur. Non fui superbus. nolui superbos. no
lui quasi in mirabilibus innotescere hominibus. et nec que
sunt aliquid super uires meas: unde me apud imperitos
iactarem. Intendat caritas uestra. Magna res commen
datur. Quomodo symon ille magus in mirabilibus ingredi
uolebat super se: propterea plus illum delectauit potentia apostolorum.
quam iustitia christianorum. Et ubi uidit per manus impositionem
apostolorum. et orationes eorum dominum dare fidelibus spiritum sanctum: et
quia tunc per miraculum demonstrabatur aduentus spiritus sancti: ut
linguis loquerentur quas non didicerant omnes super quos

ueniebat spiritus sanctus. Nec ideo modo non datur spiritus sanctus quia
linguis non loquuntur qui credunt. Ideo enim tunc oporte
bat ut linguis loquerentur: ut significarent omnes
linguas christo credituras. Ubi impletum est quod significa
batur: miraculum ablatum est. Cum ergo hoc uideret Symon
uoluit talia facere: non talis esse. Uos nostis quia etiam pecunia
putauit comparandum spiritum sanctum. Erat ergo de talibus: qui in templo
intrauerant ad emendum et uendendum. Emere uolebat: quod
uendere disponebat. Uos uere fratres mei quia talis ille erat. et
sic intrauerant ad eos: dominus illos expulit de templo qui colum
bas uendebant. Columba autem: spiritum sanctum significat. Vole
bat ergo Symon emere columbam: et uendere columbam. Accessit
dominus ihesus christus qui habitabat in templo petri. et flagello resticule
expulit foras malum mercatorem. Ergo sunt homines quos
delectat miraculum facere: et ab eis qui profecerint in ecclesia mira
culum exigunt. Et ipsi qui quasi profecisse sibi uidentur talia
uolunt facere: et putant se ad deum non pertinere si non
fecerint. Dominus autem deus noster qui nouit quid cui tribuat. ut
seruetur compago corporis in pace: alloquitur ecclesiam per apostolum.
Non potest dicere oculus manui opera tua non habeo: aut
iterum caput pedibus. opus uobis non habeo. Sed totum corpus
oculus ubi auditus? Et si totum auditus: ubi odoratus? Ergo in
menbris nostris uidetis fratres: quomodo singula officium
suum habeant menbra. Oculus uidet et non audit. auris

audit: et non uidet. Manus operatur: nec audit nec
uidet. Pes ambulat. nec audit nec uidet: nec facit
quod manus. Sed in uno corpore si sit sanitas. et non aduer
sum se litigent membra: et auris uidet in oculo. et oculus
audit in aure. Nec obici potest auri quia non uidet. ut di
catur et nichil es. minor es. Numquid uidere et discernere co
lores potes. quod facit oculus? Respondet enim auris de pace cor
poris: et dicit. Ibi sum ubi est oculus: in eo corpore sum. In me
non uideo: in illo cum quo sum uideo. Itaque cum dicit
oculus. in auris audit: oculi et aures dicunt manus nobis
operatur. manus dicunt. oculi et aures nobis uident et audiunt:
oculi et aures et manus dicunt pedes nobis ambulant. omnia in uno
corpore cooperantur si sit ibi sanitas: et concordent membra.
gaudent et congaudent sibi: et si aliquid molestie sit in aliquo
membro non se deserunt. sed compatiuntur sibi. Numquid spina
in corpore pes. quasi longe uidetur ab oculis? illi sunt locati
enim in sublimitate: illi autem infra positi. Quando forte per
spinam calcauerit deserunt oculi. et non sic uidemus totum
corpus contrahitur. et sedet homo curuatus spina dorsi. ut
queratur spina que hesit in planta? Omnia membra
quicquid possunt faciunt: ut de infirmo et exiguo lo
co spina que inheserat educatur. Sic ergo fit, quisquis in
corpore christi non potest resuscitare mortuum. non illud
querat: sed querat ne discordet in corpore. Quomodo si au-

ris quaerat videre: discordare potest. Nam qđ non accepit
non potest facere. Sed si ei obiectum fuerit et dictum. si iustus es, sed
resuscitares mortuum. quomodo resuscitavit petrus: in christo enim
maiora videntur fecisse apostoli. quam ipse dominus iesus. Sed unde. fieri potest
ut plus valeant sarmenta quam radix? Quomodo autem quasi maio
ra videntur fecisse illi quam ille? Ad vocem domini surrexerat mortuus.
ad umbram transeuntis petri surrexit mortuus: maius hoc
videtur quam illud. Sed christus facere sine petro poterat: petrus nisi in
christo non poterat. Quia sine me inquit: nihil potestis facere. Cum
ergo hoc audierit homo qui proficit. quasi obiecta calumniam
abignaris paganis: ab hominibus nescienti bus quid loquan
tur in compage corporis christi. respondeat et dicat. Quod dicis. non es
iustus. quia non facis miracula? Posses et audire dicere: non es
in corpore quod non vides. Faceres inquid et tu: sicut et petrus fecit.
Sed petrus et in me fecit: quia in eo corpore sum in quo petrus fecit. In illo
qđ potest possum. a quo divisus non sum: qđ minus possum con
patitur mihi. et qđ plus potest congaudeo illi. Ipse dominus desuper
clamavit: pro corpore suo. Saule saule quid me persequeris? Et
ipsum nemo tangebat: sed pro corpore in terra laborante. caput
de celo clamabat. Si ergo fratres unusquisque qđ potest iuste ege
rit. et in eo quod alius plus potest non inviderit: sed congra
tulatus fuerit. tamquam in uno corpore cum eo constitutus: per
tinet ad eum vox ista psalmi. Domine non est exaltatum cor
meum. neque elati sunt oculi mei. neque ingressus sum in magnis

neq; in mirabilib' sup me. Quod eni excessit vires
meas aut non quesivi: non ibi me extendi. nolui ibi
magnificari. Nam ista exultatio de abundantia gratiarum
quam sit timenda: ne quis de dono dei superbiat. s; magis
servet humilitatem: et faciat quod scriptum est. Quanto magnus
es humilitate in omnib; et coram deo invenies gratiam. Quia ergo
sit timenda superbia de dono dei. etiam atq; etiam commendan
dum est caritati vestre: maxime quia psalmus brevissimus
permittit nos loqui. Paulus apostolus cum iam ex persecutore
factus sit predicator abundantiorem gratiam consecutus est in
omni labore apostolico quam ceteri apostoli: ut magis deus ostende
ret suum esse quod dat: non hominis. Quomodo solent medici po
tentiam artis sue. in desperatis ostendere. sic dominus ihesus christus me
dicus et salvator noster: in desperato qui persecutor ecclesie fuit. ostendit
magnitudinem artis sue: ut non solum eum christianum faceret. s;
et apostolum. Nec tantum apostolum sed sicut ipse dicit plus omnib; illis la
boravit. Excellentissime ergo gratie fuit. Et videtis fratres. quia
modo in ecclesia pauli apostoli epistole vigent: magis quam eorum apostolorum
eius. Alii enim non scripserunt: sed tantum locuti sunt in ecclesia. Nam que
proferuntur ab erratib; sub nomine ipsorum. quia non sunt ipsorum
improbantur: nec accepta sunt. ab ecclesia. Alii autem qui scripserunt: nec
tantum: nec tanta gratia scripserunt. Cum ergo esset. et magna dona
meruisset adeo. quod dicit quodam loco: Propter magnitudinem
inquit revelationum. ne extollar. datus est mihi stimulus carnis

mee angelus sathane: qui me colaphizet. Quid est hoc fratres?
Ne extolleretur tamquam iuvenis: colaphizabatur tamquam puer;
Et quo? ab angelo satane. Quid est hoc? Dolore quodam cor
poris: traditur. exagitatur vehementer. Sed non possunt:
nisi permissi. Nam et iob fratres: sic probatus est. Permissus est
ad eum probandum sathanas: et percussit eum vulnere. ut ver
mibus putresceret. Inmundus enim mittebatur: si sanctus probatur;
Nesciit diabolus quanta bona de illo fiant: etiam cum sevit;
Seviens intravit in cor iude. seviens tradidit christum. se
viens crucifixit. Et crucifixo christo: redemptus est orbis
terrarum. Ecce sevitia diaboli. diabolo obfuit: nobis autem pro
fuit. Seviendo enim quos tenebat amisit. redemptos sangui
ne domini: quem cum seviret effudit. Si sciret tantum dampnum
se passurum. non funderet in terram pretium: quo redemptum
est genus humanum. Sic ergo angelus ille sathane quasi libenter
permissus est colaphizare apostolum: sed tamen apostolus curabatur. Et quia illud
quod medicus apposuerat molestum erat infirmo: rogavit
medicum ut auferret. Quomodo cum medicus apponit viscera
bus aliquod grave epithema: pro dolore turbatur. Dolores autem
corporum plerumque inmittuntur ab angelis sathane: Forte epi
thema. molestum et ardens. Inde tamen curandus est ille
cuius viscera tumebant: cum ille ardere cepit et cruciari medi
camento. rogat medicum ut auferat: medicus autem consolatur;
Nonne cum patiencia quia novit quam sit utile quod apposuit:

ita & apte sequitur & dicit. Cum dixisset datus est
michi stimulus carnis meę. angelus sathane qui me cola
fizet: predixit autem quare. Ne magnitudo revelationum
extollar. datus est mihi stimulus carnis meę angelus satane qui
me colafizet: propter quod ter dominum rogavi ut auferret eum
a me. Hoc est dicere. Rogavi medicum ut auferret a me molestum epithe
ma. quod mihi apposuerat: sed audivi vocem medici. dicentis michi.
Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.
Ego novi quod apposuerim. ego novi unde egrotes: ego novi
unde saneris. Si ergo tantum paulus potuit apostolus extolli magni
tudine revelationum. nisi acciperet angelum sathane. qui se cola
fizaret. quis de se possit esse securus? Tutius videtur ambulare qui minus
accepit: sed si non perverse querat quod recte non accepit. querat
sine quo non potest esse in corpore Christi: aut sine quo male est
illi. Tutior est enim in corpore digitus sanus: quam lippiens oculus. Di
gitus exigua res est quedam corporis oculus magnifica: multum
potest. Et tamen melius est digitum esse & sanum esse:
quam oculum esse & perturbari. lippire. excecari. Non ergo
querat quisque in corpore Christi: nisi sanitatem. Secundum sanitatem:
habeat fidem. Ex fide mundatur cor eius: ex mundatione cor
dis videbit illam faciem de qua dictum est. Beati mundo corde:
quoniam ipsi deum videbunt. Et qui facit miracula & qui non facit
miracula in corpore Christi: non debet gaudere nisi de facie dei.
Redierunt apostoli. & dixerunt domino: cum missi essent a domino. Ecce domine in

nōie tuo etiā demonia subiecta sūt nob. Vidit dn̄s quod
temptare eos sup̄bia ex potentia miraclo℞. 7 ille mendicus q̄
uenerat sanare tumores nostros. 7 ferre infirmitates nr̄as:
continuo ait. Nolite gaudē in hoc. q̄ demonia uob̄ subiecta
sūt: sed gaudete quia nomina ur̄a sc̄pta sūt in celo. Non
enī xp̄iani boni demones eiciunt: omniū tam̄ nomina
scripta sunt in celo. Nō eos gaudē uolunt ex eo qđ pprium
habebāt: s; ex eo qđ cū ceteris salutem tenebant. Inde uolunt
gaudē ap̄los: unde gaudes 7 tu. Intendat caritas ur̄a. Null9
enī fidelis habet spem: si nom̄ ei non ē scriptū in celo. Omniū
fideliū qui diligunt xp̄m. q̄ ambulant uiā ei humilit̄: quā
ipse docuit humilis. nomina sc̄pta sūt in celo: cuiuslibet quē
contēpnis. Vr̄ q̄d simile ipsi 7 ap̄lis. q̄ tanta miracla fecer̄: 7
tamen ap̄li rep̄hendebant̄. qđ de bono ppo gaudebant:
et iubent̄ hinc gaudere. unde gaudet 7 ille contemptibilis.
Non inmerito sic mei cum ista humilitate dicit. dn̄e nō
est exaltatū cor meū neq; in altū elati sūt oculi mei. neq;
ingressus sum in magnis: neq; in mirabilib; sup̄ me;
Si non humilit̄ sentiebam. sed exaltaui aīam meā: quē ad
modum q̄ ablactat᷒ ē a lacte sup̄ matre suā. sic retributio in
aīam meā. Videtis eū uelud maledicto se obstrinxisse.
quoniā alio loco in psalmo dicit dn̄e ds̄ m̄s si feci istud:
in manib; si est iniquitas meis. si reddidi retribuentib; m̄ mala: de
cidam merito ab inimicis meis inanis. 7 cetā: sic uidetur 7 hic
dixisse;

Si non humilit̃ senciebam: si exaltaui animã meam.
Age. quasi dicturus ẽ illud tũ contingat: quoniam tibi.
Si reddidi retribuentib; michi mala: contingat m̃ illud. Quid: Decidant merito ab inimicis meis inanes.
sic et hic; Si non humilit̃ senciebã. si exaltaui aĩã
meã: quẽ admodũ qui ablactatus est a lacte sup matrẽ
suam. sic retributio in animã meã. Intendite; Nos
ṫa quibusdam infirmis dicit apl̃s. Lac uob̃ potũ
dedit; non escam. Non dum eñ poteratis: sed nec dũ
adhuc quidem potestis. Sunt infirmi qui non sunt ido
nei ualido cibo: nolunt se extendere ad id qd̃ cape non possũt.
Et si aliq̃d ut cumq; ceperint. aut uisi fuerint sibi cape qd̃
non ceperint: extollunt̃ inde. ⁊ superbiunt inde: uiden
tur sibi quasi sapientes. Hoc aũt contingit omib̃ here
ticis. qui cũ eẽẽnt animales ⁊ carnales: defendendo senten
cias suas prauas. quas falsas eẽ non potuer̃ uidẽ; ex
clusi sũt de catholica. Dicã caritati ur̃e: qd̃ possũ.
Dñs nr̃ ihc̃ xp̃c noster quia uerbũ dei ẽ: secd̃m illud ioh̃.
In principio erat uerbũ et uerbũ erat apud dm̃: et deus
erat uerbũ. Hoc erat in principio apud dm̃. Omia per ip̃m
facta sũt: et sine ipso factum ẽ nichil. Panis ergo est:
unde uiuunt angli. Ecce panis parat⁹ est t̃. sed cresce de
lacte: ut ad panem peruenias. Et quomodo inq̃s cresco de lacte?
Quod tibi factus xp̃c ẽst ad infirmitatẽ tuã hoc p̃mo crede:

et fortiter tene. Quomodo ergo cum mater cum viderit
filium minus idoneum ad capiendum cibum. ipsos cibos cidat:
sed traiectos per carnem suam. Nam ipse est panis quo infans
pascitur: quo et mater eius pascitur. Sed ad mensam infans minus
idoneus est: ad mamillam idoneus est. Panis ergo de men-
sa traicitur per matris mamillam: ut sic perveniat idem
alimentum ad parvum infantem. Sic dominus noster ihesus christus cum esset
verbum apud patrem. per quod facta sunt omnia: qui cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus est. esse se equalis deo. quem
capiunt pro modo suo angeli: et unde in celo potestates et vir-
tutes spiritus intellectuales pascuntur. Homo autem infirmus et
carne involutus. iacebat interra. nec posset ad eum pervenire.
panis celestis. ut panem angelorum manducaret homo: et man-
na descendere ad uberiorem populum israel: verbum caro factum est.
et habitabit in nobis. Quapropter ipsis infirmis paulus apostolus
hoc dicit: quos dicit animales et carnales. Numquid dixi me
scire aliquid in vobis nisi ihesum christum et hunc crucifixum: Nam christus
erat et non crucifixus. In principio erat verbum: et verbum erat
apud deum: et deus erat verbum. Et quia ipsum verbum crucifixum est.
si non est mutatum in homine: homo in illo mutatus est. Mutatus
homo in illo ut melior fieret quam erat: non ut ipsam substantiam
verbi converteret. Per id ergo quod homo erat mortuus est
deus. et per id quod deus erat excitatus est homo. et surrexit et ascendit
in celum. Quicquid passus est homo non potest dici non passus

deus: quia deus erat homine assumendo, sed non est mutatus
in homine. Quomodo non potes dicere non te passum iniuriam
si uestis tua conscindatur: et quando quereris uel amicis
uel in iudicio. hoc dicis iudici. conscidit me: non dicis conscidit
byrrum meum. sed conscidit me. Si potuit et meruit uestis
tua dici. que non est tu. sed uestis tua. quanto potius meruit
hoc caro xpi. templum uerbi. unicum cum uerbo: ut quicquid in car-
ne pateretur: deus ipse pateretur. Quamuis uerbum nec mori po-
tuerit: nec corrumpi. nec mutari. nec occidi. sed quicquid horum
passum est: in carne passum est: Et noli mirari quia uerbum nichil passum
est: nec anima hominis potest pati aliquid occisa carne dicente ipso
domino. Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam autem non pos-
sunt occidere. Si anima non potest occidi. uerbum dei poterat occi-
di? Et tamen quomodo dicit: Flagellauit me: colafizauit me:
percussit me. dilaniauit me. Totum hoc non fit in anima. et tamen
non dicit nisi in me: propter humanitatem consortii ipsius. Dominus ergo ihesus
xpc panem se fecit nobis lac incarnatus. et apparens mortalis: ut
in eo fineretur mors. et non aberraremus a uerbo. credentes in carne
quod factum est uerbum. hinc crescamus: ipso lacte nutriamur. Antequam
ualidi simus ad capiendum uerbum: non recedamus a fide lactis nostri;
Illi autem heretici uolentes disputare de eo quod non poterant capere:
dixerunt. quia filius est minor quam pater. et dixerunt quia spiritus sanctus est
minor quam filius. et fecerunt gradus: et inmiserunt in ecclesia tres deos;
Non enim possunt negare dominum esse patrem. nec possunt negare filium dominum:

nec possint negare spm scm dm. Ac si pater ds. et
filius ds. et sps scs ds. inequales sunt: et non sunt
eiusdem substantie. non e unus ds: sed tres dii. disputantes
ergo qd capere non poterant: elati sunt in superbia. et factum
est in eis qd dicitur in isto psalmo. Si non humiliter
sentiebam. sed exaltaui animam meam: quemadmodum qui ablactatur
a lacte super matrem suam: sic retributio in animam meam.
Mater enim ecclesia dei e: unde illi separati sunt: ubi lactari et
nutriri debebant. ut crescerent ad capiendum uerbum
(apostolus dm) dm: in forma dei. equalem patri. Usa e quidem ab his qui
ante nos ista tractarunt et alia sententia. talius intel
lectus huius uerbi: quem non tacebo caritati uestre. Hoc enim
dixerunt. Omnis superbus displicet deo. et debet se humana anima
humiliare ne deo displiceat: et toto corde intueri qd dictum
est. Quanto magnus es: tanto humilia te in omnibus. et coram
deo inuenies gratiam. Sed rursus sunt quidam homines: qui cum
audierint quia humiles esse debent. diminuunt se: nichil
uolunt discere. putantes quia si aliquid didicerint superbi erunt.
et remanent in solo lacte. Quos reprehendit scriptura dicens.
et facti estis opus habentes lacte. non solido cibo. Sic enim nos
ds uult nutriri lacte. ut non ibi remaneamus: sed crescendo
lacte ad solidum cibum perueniamus. Ergo non debet homo extol
lere cor suum in superbia: sed debet leuare in doctrina uerbi
dei. Nam si leuanda anima non esset: non diceret in alia uoce psal

Em;

Ad te domine levavi animam meam. Et nisi se ipsa anima super
se effundat, non perveniet ad visionem dei, et ad cognitionem
substantiae illius incommutabilis. Nam modo cum adhuc in
carne est, dicitur ei, Ubi est deus tuus? Sed intus est deus eius,
et spiritaliter intus, et spiritaliter excelsus est, non quasi interval-
lis locorum, quomodo per intervalla loca altiora sunt. Nam si talis
altitudo quaerenda est, vincunt nos aves. Ad deum ergo intus est
altus est et spiritaliter altus. Nec perveniet anima ut contingat
eum, nisi transierit se. Nam quicquid de deo cogitas secundum cor-
pus multum erras, multum infans es; si sentis de deo etiam
secundum animam humanam, quae aut obliviscitur, aut ita sapi-
at ut desipiat, aut faciat aliquid et paeniteat eum. Omnia
enim ista posita sunt in scripturis, ut nobis lactantibus commenda-
retur deus, non ut proprie de illo sic audiamus ista et intel-
ligamus quasi paeniteat deum, et modo discat aliquid quod non no-
verat, et intelligat quod non intelligebat, et reminiscatur quod
oblitus erat. Talia animae sunt, non dei. Nisi enim transierit
et modum animae suae, non videbit quia deus est, quod est qui dixit,
Ego sum qui sum. Itaque cum diceretur illi, Ubi est deus tuus,
qui dixit? Factae sunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte,
dum dicitur mihi cotidie, ubi est deus tuus? Ut autem inveniret
deum suum quid egit? Haec meditatus sum inquid, et effudi
super me animam meam. Ut inveniret deum, effudit super se
animam suam. Non ergo sic tibi dicitur, humilis esto, ut non

rabertis. quo adusq; sitp maciē tuam es: ne prius fame
moriaris. ante quā manducare panē sis idoneus. Cres
ce erunt ualide uires tue. et uidebis quod non poteras: et
capies qđ non capiebas. Quid ergo cum uidero que non
poteā uidere. et cepero que non poteram capere: Iam securus
ero. pfectus ero: Non: quamdiu hic uiuis. Ipsa ē pfectio
nr̄a humilitas. Audistis quō cōclusit modo aplica lectio:
si hesit in memoria ur̄a. Quomodo ille qui accepit colafum
ne extolleretur in reuelationibus. quanta ei reuelabantur
ꝓpt ipsam magnitudinē reuelationū qua poterat ille ex
tolli. nisi acciperet angłm satane: Et tamen cui tanta reuelaban
tur qui ait: Frs ego me ipsum non arbitror apphe
ndisse. Paulus ait. Frs. ego non arbitror me q̄si iam
apphendisse; qui adhoc accepit colafizantē angłm satha
ne ne extolleretur in magnitudine reuelationū suarum.
quis audet dicere quia conphendit: Ecce paulus non
apphendit: et dicit non me arbitror apphendisse. Et qđ
agis o paule: Adhuc curro inquid. ut apphendā. Adhuc
paulus in uia ē. et tu te putās iā peruenisse: Unū aūt in
quid: que retro sunt oblitus. Hec fac et tu: uitā p̄itam.
oblíuiscere malā. Si te delectauit aliquando uani
tas: non te delectet. Que retro oblitus inquid. in ea
que ante sunt extentus: secundum intentionē sequor ad
palmā superne uocationis dei. in xpo ihu. Audio uocē

dei desup: et curro ut apphendã. Non enĩ dimisit in
uia remanere: qui non cessat alloqui me. Ergo frs: non
cessat, alloqui nos. Nam si cessat. quid ẽ agim'? Quid est
qđ agunt lectiones diuine: 7 cantica diuina? Obliuisci
mini ergo que retro sunt: in ea que ante sunt: uos ex
tendite. Sic sugite lac: ut crescatis ad cibũ. Cum g̃
ueneritis in patria: gaudebitis. Et adhuc attende aplm:
sequi ad palmã supne uocatiois. dicit enim. Quotqđ ergo
pfecti: hoc sapiam'. Non loquor in qđ inpfectis. quibus
adhuc ñ possum loqui sapientiã: qui adhuc lacte potan
tur. non solido cibo pascunt: sed illos dico qui iam man
ducant solidum cibum. iam uident ẽẽ pfecti: q̃ intelligunt
equalitatẽ, cum patre, ũerbi. Adhuc non sic uident. quomodo
uidendũ est facie ad faciem: adhuc ex parte in enigmate;
currant. extendant se. Quotquot g̃ pfecti. hoc sapiamus:
et siquid aliter sapitis. hoc quoq: uobis ds reuelauit. Si
forte erras in aliquo. quare non redis ad lac matris? Qua
si non extollimini. quasi non exaltastis cor urm. q̃a si
non ingredimini in mirabilibus sup uos: s; seruastis h
umilitatem reuelauit uobis deus qđ aliter sapitis;
Si aut hoc ipsum qđ aliter sapitis defendere uolueris. 7
ptinacit̃ astruere. et contra pacem ecclie. fit uobis
maledicti. hoc qđ dictũ e: sup matrẽ cũ estis. 7 forsi
a lacte separabimini. forsi auiscant b; \ matris fame

moriemini. Si autem perseueratis in pace catholica.
si quid forte aliter sapitis quam oportet sapere: deus uobis
reuelabit humilibus. Quare? Quia deus superbis resistit:
humilibus autem dat gratiam. Ideo ad hoc conclusit psalmus.
Speret israel in domino: ex hoc nunc et usque in saeculum. Quod enim
scriptum est graece. ISTOH. FOHAS. EIWHHAWH. ISTENE
OH. hoc est positum. ex hoc nunc et usque in saeculum. Sed
non semper saeculi nomen saeculum hoc significat: sed aliquando et
aeternitatem. quia aeternitas duobus modis intellegitur. Usque in
aeternum. id est. aut semper sine fine: aut quousque ueniamus
ad aeternitatem speremus in dominum deum. quia cum uenerimus
ad aeternitatem: iam spes non erit. sed ipsa res. ERIT;

Explicit de psalmo centesimo. XXIX. Incipit de psalmo
centesimo tricesimo primo.

Iustum quidem erat karissimi. ut fratrem potius audiremus
collegam meum: praesentem omnibus uobis. ex quo modo non negauit:
sed distulit. Et ideo hoc indico caritati uestrae: ut meum pro
missum teneatis. Non sit autem absurdum caritati uestrae:
ut prior obtemperarem iubenti. Extorsit enim in modo. audi
tor meus. eo sane pacto: ut ego sim ipsius: quia in ipsa ca
ritate omnes eius auditores sumus: quia unus nobis in caelo ma
gister est. Ergo animum intendite ad psalmum: quem modo ci
tius nostis tractandum habemus. Est etiam ipse praenotatus
canticum graduum: et aliquando ceteris sub eodem titulo pro

Exhor

Non ergo immorem nisi ubi necessitas coegerit: ut
totum si dominus permiserit explicare possim. Quia et uos
non tanquam rudes omnia debetis audire. aliquid et depre
tentis audire omnibus adiuuare nos debetis: ne omnia
tanquam noua a nobis dici necesse sit. Et nouum quid est
esse debemus quia uetustas nobis obrepere non debet: sed
etiam crescendum et proficiendum est. De ipso quoque profectu ait
apostolus. Et si exterior homo noster corrumpitur: sed interior reno
uatur de die in diem. Non sic proficiamus ut ex nobis ueteres
efficiamur: sed ipsa nouitas crescat;

Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis
eius. Sicut iurauit domino: uotum uouit deo iacob;
Dauid secundum fidem rerum gestarum unus homo erat. rex
israel: filius iesse. Erat quidem et ipse mansuetus: sicut eum
indicat. atque commemorat scriptura diuina. et ita mansu
etus: ut nec persecutori suo sauli. malum pro malo redderet;
Seruauit autem erga eum tantam humilitatem. ut illi regem
fateretur: se autem canem. Et non proterue nec superbe cum esset
in eo potentior. respondebat regi: sed eum placare
potius affectabat humilitate. quam concitare superbia.
Etiam in potestate est datus ei saul: et hoc a domino deo. ut ei
faceret quicquid uellet. Sed quia non preceptum illi erat ut
occideret: sed tantum in potestate datum illi erat. licet autem
homini uti potestate sua ad lenitatem potius deflexit. quod

ei deus concessit. Quis si uellet occidere: caueret inimi
co. Sed quomodo diceret: dimitte nobis debita sicut et ego dimit
to debitoribus meis? In spelunca intrauit saul ubi erat dauid:
nesciens quod illic esset dauid. Ad necessaria uentris ille intrauit.
surrexit dauid sensim et lente post tergum: precidit illi de
ueste panniculum quem illi ostenderet. et nosset quia habebat
illum in potestate. et non necessitate sed uoluntate peperce
rat. et noluit occidere. Forte ipsam mansuetudinem com
mendauit modo dicens. Memento domine dauid et omnis man
suetudinis eius. Hoc secundum rerum gestarum fidem: quam scriptu
ra diuina ut diximus continet. Sed solemus in psalmis non
ad litteram attendere. sicut in omni prophetia: sed per litteram misteria
scrutari. Et meminit caritas uestra. quia cuiusdam hominis
uocem in omnibus psalmis solemus audire: qui unum caput
habet et corpus. caput autem in celo est: corpus autem in terra. Sed quo
precessit caput: et corpus secuturum est. Et iam non dico quod
caput sit: quod corpus sint: quia scientibus loquor. Commendatur
ergo humilitas dauid: commendatur mansuetudo dauid. dicatur
deo. Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius. Ad quid
rem memento domine dauid? Sicut iurauit domino: uotum uouit
deo iacob. Ergo ad hoc memento: ut impleat quod promisit.
Ipse dauid uouit tamquam in potestate habens: et rogans deum:
ut impleat quod uouit: est deuotio uouentis: sed est humi
litas deprecantis. Nemo presumat uiribus suis: se reddere
quod uouerit;

Qui te hortatur ut voveas: ipse te adiuvat ut reddas.
Quid ergo vovit videamus: et hinc intelligimus quemadmo
dum sit accipiendus in figura David. David autem inter
pretatur manu fortis. Erat enim magnus bellig(er)ator, p(re)
sumens quidem de domino suo: confecit bella omnia, prostravit
omnes inimicos suos: deo se adiuvante. quemadmodum
se habebat illius temporis dispensatio. Prefigurans tamen
fortem manu quendam ad bellandos inimicos, diabolum
et angelos eius. Hos autem inimicos: ecclesia debellat. Et quibus
debellat? Mansuetudine. Mansuetudine enim ipse rex
noster vicit diabolum. Seviebat ille: ille sufferebat. Victus
est qui seviebat: vicit qui sufferebat. In ista mansue
tudine: corpus Christi quod est ecclesia vicit inimicos. Sit manu
fortis: operando vincat. Cum autem corpus Christi est: et templum, et do
mus, et civitas. et ille qui caput corporis est: et habitator
domus est: et sanctificator templi est. et rex civitatis est: quo
modo ecclesia omnia illa: sic Christus omnia ista. Quid ergo vovit David,
nisi ut simus templum dei? Nichil gratius ei possumus
offerre: quam ut dicamus ei quod dicitur in Ysaya. Posside nos.
Et quod in istis possessionibus terrenis pater familias possidetur.
quando ei datur possessio? Non sic est possessio: que est ecclesia.
Ipsi possessioni possidetur: ut tali possideatur. Quid ergo dicit? Sicut
iuravit domino: votum vovit deo Iacob. Videamus quid vovit.
nisi ut simus templum dei? nichil gratius ei possumus offerre:

quia iure iurare. Iurare est autem firme promittere. Atten
dite votum. hoc adest quod voverat: quo voverit ardore.
quo amore. quo desiderio. et tamen adhuc implendum dominum
deprecatus est dicens. Memento domine David: et omnis mansue
tudinis eius. In hac mansuetudine votum vovit: ut fit
domus dei. Si introiero in tabernaculum domus meae si as
cendero super lectum strati mei: si dedero somnum oculis
meis. Parum visus est dicere: somnum oculis meis. Et
palpebris meis dormitationem: et requiem temporibus meis:
Donec inveniam locum domino: tabernaculum deo iacob. Ubi
quaerebat locum domino? Si mansuetus erat: in se quaerebat.
Quomodo est enim locus domini? audi prophetam. Super quem requiescit
spiritus meus? Super humilem et quietum: et trementem verba
mea. Vis ergo esse locus domini? Esto humilis. quietus et tre
mens verba dei: et tu ipse efficieris quod quaeris in altero.
Nisi enim in te fiat quod quaeris in altero quid tibi prodest? Opera
tur quidem deus aliquando per evangelista salutem alterius, tan
tum si ipse dicit. et non facit: et fit per linguam eius in alio
locus domino: non autem ipse fit locus domino. Qui autem quae do
cet: bene facit: et sic docet: fit locus domino cum eo quem docet. Quia
omnes credentes unum locum faciunt domino. In corde enim habet
locum domino. quod unum cor est omnium in caritate copulatorum;
Quam multa milia crediderunt fratres mei. quando pretia rerum suarum
posuerunt ad pedes apostolorum? Sed quid de illis dicit scriptura? Certe

facti sunt templum dei. Non tantum templum dei singuli, sed
et omnes simul templum dei. Facti sunt ergo locus domino. Et est domino
in omnibus: scriptura dicit. Erat illis anima [illegible] una et cor
unum in deum. Multi autem ne faciant locum domino, sua querunt,
sua diligunt, potestate sua gaudent, priuatum suum concupis-
cunt. Qui autem uult facere locum domino, non de priuato sed de com-
muni debet gaudere. Hoc illi fecerunt de rebus suis priuatis. Fecerunt
illas communes. Quod habebant suum, numquid amiserunt? Si soli
haberent et unusquisque suum haberet, hoc solum haberet
quod suum habebat. Cum autem quod proprium erat commune fecerunt,
et ea que erant ceterorum ipsius facta sunt. Intendat cari-
tas uestra quia propter illa que singuli possidemus existunt lites,
inimicicie, discordie, bella inter homines, tumultus,
dissensiones aduersum se, scandala, peccata, iniquitates, homi-
cidia. Propter que? Propter ipsa que singula possidemus. Numquid
propter ista que possidemus communiter litigamus? Aerem istum
communiter ducimus, solem communiter omnes uidemus. Beati ergo
qui sic faciunt locum domino, ut priuato suo non gaudeant.
Talem enim describebat iste qui dicebat: si introiero in taber-
naculum domus mee; priuatum hoc erat. Sciebat priuato se im-
pediri, ne faceret locum domino. Et commemorat que ad se ipsum
pertinebant. Non introibo in tabernaculum domus mee, donec
inueniam locum domino. Quid est? Cum inueneris locum domino, intra-
bis in tabernaculum tuum? An ipsum erit tabernaculum tuum ubi

in veniens locum domino. Quare? Quia ipse erit locus domini. cum
eis qui fuerint locus domini. unus erit. Abstineamus ergo nos fratres
a possessione rei privatae. aut ab amore. si non a possessione
possumus: et facimus locum domino. Multum ad me est: ait aliquis. Sed
Si vellet apud te hospitium habere aliquis senator: non dico sena
tor, perditor alicuius magni secundum seculum: et diceret. offendit
me quiddam in domo tua: et si amares hoc auferres tamen
ne eum offenderes: ad cuius amicitiam ambires. Et quid tibi prodest
hominis amicitia? Forte ubi non solum nullum auxilium:
sed et periculum invenires. Nam multi non periclitabantur
antequam maioribus iungerentur: et exoptaverunt maiorum ami
citias: ut maiora pericula incurrerent. Sed cum optas amici
tiam christi. hospitari apud te vult: fac illi locum. Quid est
fac illi locum? Noli amare te ipsum: illum ama. Si te amave
ris: claudis illi. Si autem aperueris et intraverit: non peries am
ando te: sed invenies cum amante. Si introiero in taberna
culum domus meae: si ascendero super lectum strati mei. Priva
ta enim res ipsa. ubi homo adquiescit: superbos facit. Ideo
dicit: si ascendero. In re enim privata quisque possidet:
necesse est superbus sit. Unde se enim tendit homo homini ad
cui sunt ambo caro. Quid est homo frater? caro. Et quod est alter
homo? altera caro. Et tamen caro dives. extendit se contra
carnem pauperem: quasi aliquid illa caro attulerit quando na
ta est: aut aliquid auferat quando moritur. Ad hoc plus habuit:

Sed vide quid sis facturus locum domino;

ut plus timeret. Iste autem qui vult invenire locum domino
dicit. Si ascendero super lectum strati mei, si dedero som-
num oculis meis. Multi enim cum dormiunt, non faciunt lo-
cum domino. Tales excitat apostolus. Surge qui dormis, et exurge
a mortuis, et illuminabit te christus. Et alio loco. Nos autem
qui diei sumus, vigilemus et sobrii simus. Nam qui dormiunt
nocte dormiunt, et qui inebriantur nocte ebrii sunt. Noctem
dicens iniquitatem in qua illi obdormiunt, cupiendo ista terrena.
Et omnes iste felicitates que videntur seculi, somnia sunt dormienti-
um. Et quomodo qui videt thesauros in somnis, dormiens
dives est, sed evigilabit et pauper erit. sic omnia ista vana huius
seculi de quibus homines gaudent, in somnio gaudent, evigilabunt
quando noluerint. Si non modo evigilant quando utile est, et invenient
somnia fuisse illa et transisse. sic dicit scriptura, velut somnium
exurgentis. Et alio loco. dormierunt somnum suum, et nichil invene-
runt omnes viri divitiarum in manibus suis. Dormierunt somnum suum,
finitus est somnus, et nichil invenerunt in manibus suis. quia in som-
nis videbant divitias transituras. Iste ergo qui vult invenire
locum domino, dicit certa si dedero somnum oculis meis. Sunt
autem quidam qui non dormiunt, sed dormitant. Aliquantum
retinant se ab amore temporalium, et rursus revolvuntur
in eum, quasi dormitantes caput crebro inclinant. Evigila
excute somnum, dormitando casurus es. Non vult psalmus
oculis suis dare somnum, nec palpebris dormitationem. cum

qui uult inuenire locum domino. Nec requiem inquid:
temporibus meis. A requiem temporum: somnus uenit ad oculos. Tem
pora circa sunt: uelut futurus somnus grauedo tempo[rum]
est. Nam omnibus dormituris grauari tempora incipiunt:
grauari sibi tempora cum senserint: iam imminet somnus;
Qui si claudendus est oculis: dat requiem temporibus suis: et uenit
somnus. Qui non dederint requiem temporibus suis: non ueni
et somnus. Cum ergo ceperit tale aliquid temporale delectari a peccato:
tam grauantur tempora tibi. Vis euigilare et non dormire. nec
dormitare: noli te credere tali delectationi: maiores dolores
habebit quam suauitatem. Ista cogitatione quasi confricans
frontem excutis somnum et paras locum domino: donec inuenias lo
cum domino. tabernaculum deo iacob. Quamquam aliquando dicitur tabernaculum
dei. domus dei: et domus dei tabernaculum dei: distinctius tamen accipitur
fratres hic tabernaculum ecclesia: secundum hoc tempus. Domus autem ecclesia cele
stis ierusalem: quo ituri sumus. Tabernaculum enim tamquam militantium et pugn
antium: tabernacula militum inspicimus in expeditione. unde et con
tubernales dicuntur milites: quasi tabernacula eadem habentes. Quam
diu ergo habemus hostem cum quo pugnemus: tabernaculum deo facimus.
Cum autem transierit tempus pugne: et uenerit pax illa que precellit
omnem intellectum. sicut dicit apostolus: et pax christi que exsuperat omnem
sensum: quantumcumque enim cogitauerimus de pace illa: nimis eam cepit
animus adhuc in ista corporis grauedine constitutus. Cum uenerit
illa patria. iam domus erit: nullus aduersarius temptabit: ut

tabernaculum uocetur. Non procedemus ad pugnandum, sed permanebimus ad laudandum. Quid enim dicit de illa domo? Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. In tabernaculo adhuc gemimus, in domo laudabimus. Quare? Quia gemitus est peregrinantium, laudatio tamen in patria commanentium. Hic primo queratur tabernaculum deo iacob. Ecce audiuimus eam in euphrata, et inuenimus in campis saltuum. Audiuimus in euphrata, inuenimus in campis saltus. Ubi audiuit, ubi inuenit? An alibi audiuit et alibi inuenit? Queramus ergo quid sit euphrata ubi audiuit. Ita queramus quid sint campi saltuum ubi inuenit. Euphrata uerbum hebreum interpretatur latine speculum: sic tradiderunt qui uerba hebrea in scripturis posita in aliam linguam transtulerunt, ut ad nos perueniret intellectus. Nam ex hebrea transtulerunt in grecam, et ex greca translati sunt in latinam. Fuerunt enim qui uigilarent in scripturis. Si ergo euphrata speculum, illa domus que inuenta est in campis saltuum, in speculo audita est. Speculum imaginem habet. Omnis prophetia imago futurorum. Domus ergo dei futura in imagine prophetie predicata est. Audiuimus enim illam in speculo, id est audiuimus in euphrata. Inuenimus in campis saltuum. Qui sunt campi saltuum? Campi siluarum. Non enim quemadmodum uulgo dicitur saltus ille ubi gregum centurias habent dicitur. Saltus proprie locus adhuc incultus et siluester dicitur. Nam quidam codices in campis silue habent. Ergo qui erant in campis saltuum, nisi gentes inculte? Qui erant campis siluarum?

Quia enim? Sequitur enim. Audiuimus in euphrata.

nisi ubi adhuc vepres erant ydolatriae. Sic tamen quomodo
vepres ibi erant ydolatriae. ibi invenimus locum domino tabernaculum
deo iacob. Quod audivimus in eufrata: invenimus in campis sal
tuum. Quod predicatum est in synagoga iudeis: manifestatum est
in fide gentium. Introibimus in tabernacula eius. Cuius? domini dei iacob;
Qui intrant ut inhabitent: ipsi sunt qui intrant ut inhabitentur;
In domum tuam ut inhabites intras: domum dei ut inhabiteris;
Est enim melior dominus. Qui cum te ceperit inhabitare: beatum te facit.
Nam si tu ab illo non inhabiteris: miser eris. In sua potestate
esse voluit: ille filius qui dixit. da mihi partem patrimonii: quae me
tangit. Bene servabatur apud patrem: ne cum meretricibus dissipa
retur. Accepit. facta est in eius potestate. profectus est in regionem
longinquam: effudit omnia cum meretricibus. Passus est tamen famem:
recordatus est tamen patrem. Reversus est ad patrem: ut pane satura
retur. Ergo intra ut inhabiteris. Et non quasi tunc [illegible] filius.
Introibimus in tabernacula eius: adorabimus in loco ubi steterunt
pedes eius. Cuius pedes? domini. an ipsius domus? Domus enim domini est ubi — domus
dicit: quia debet adorari. Adorabimus in loco: ubi steterunt
pedes eius. Propterea quia domum suam: non exaudit deus adulterinam;
Ille enim ad domum dei pertinet: qui est in caritate compaginatus lapidi
bus vivis. Qui autem non habuerit caritatem: ruinam facit. Et illo ruente:
domus stat. Nemo enim intenet domum: ubi esse quasi lapis cepit;
Si ruere voluerit: quasi aliquid domum noceat. Sic enim suspi
rat vel primus psalmus in deorum dicens. neque enim fraudatur est deus.

patrem abraham: cui promisit tanta de semine eius, hi
faciebant omnia mala tamquam securi de pollicitatione
dei quod non prosit eorum meritis quod scelera faciebant: sed
promeritis abrahe pateret eis. Et quales cumque malos filios
abrahe congregaret in domum suam: ad unam eternam. Sed quid
iohannes? Generatio inquid uiperarum. Quando ad illum uenerunt
ipsi filii abrahe ut baptizarentur in aqua penitentiae
non eis dixit generatio abrahe: sed uiperarum. Tales enim
erant: quales quos imitabantur. Non filii abrahe: sed
filii amorrei. chananei. gergesei iebusei et omnium quos
offenderat deus. Ipsorum filii erant: quorum ipsorum facta sectabantur.
Generatio inquid uiperarum. quis ostendit ostendit nobis
fugere ab ira uentura? Facite ergo fructum dignum penitentiae.
Et ne dixeritis: patrem habemus abraham. Potens est
autem deus: de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Nemo
quos lapides tunc uidebat in campis saltum: inde suscitati
sunt filii abrahe. Filii enim magis quam fide imitati
sunt: quam qui de carne nati fuerunt. Nemo ergo ruinet domum
dei: quasi dicat. subtraho me: et ruet domus. Bonum est
illi ut coedificetur: et habeat caritatem. Nam si ipse ruerit:
stabit domus. Itaque fratres. ubi est domus dei: quos praedestinauit
et presciuit: perseueraturos. De illis dicebatur ubi steterunt
pedes eius. Et enim qui non perseuerant nec stant pedes eorum
in eis: non sunt ergo ipsi ecclesia: non ipsi pertinent ad illud modo

tabernaclm tuę domu. S; ubi steter pedes ei. Qm habundauit iniquitas: refrigescet caritas multoꝝ. In his in qb' caritas refrigescet: non stant pedes ei. S; qd secutu est: Qui aut pseuerauit usq; in finem: hic saluus erit, Ecce in qb; steter pedes ei. In eo loco adora. idest. de talibus esto: in qb; steter pedes dni. Si aut de ipsa domo intelligere nolueris. ubi steter pedes ei dom': pedes tui in xpo stant. Tuc aut stabit pedes: si pseueraueris in xpo. Quid eni dr de diabolo: Ille homicida erat: ab inicio. & in ueritate non stetit. diaboli g° pedes: non steter. Itē de supbi dicit. Non ueniat m pes supbie: & man' peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt q opant iniqtate: expulsi sunt nec potuer stare. Ergo dom' ei: eu' stant pedes. Unde ille gaudens iohs q ait: Qui habet sponsam sponsus est. Amicus aut sponsi: stat & audit eu. Si non stat: non audit eu. Qr gaudio gaudet: pp uoce sponsi. Merito stat: quia pp uoce sponsi gaudet. Nam si pp uoce sposi non gaudet: cadet. Iam uidetis g° quare ceciderint: q ad uoce sua gaudent. Amic' eni ille sponsi dicebat: hic est qui baptizat. Ad uoce sua gauisi stare n potuer: & non ptinent ad ista domu. de qua dr ubi steter pedes ei. Exurge dne in requiem tua. Dno dormienti: dicit exurge. Iam nostis quis dormiuit: & qs resurrex. Ipse eni quodā loco dic in psalmo. Dormiui contur bat': Bene illi

Edr:

exsurge in requiem tuã. Iam non coturberis: quia
xp̄e resurgens a mortuis iam non morit̄. mors illi ultra
non dñabit̄. Ipsius est uox: in alio psalmo. Ego dormiui
et soporatus sum. & surrexi: qm̄ dñs suscepit me. Ipse
dormit. ipsi dix. Exsurge dñe in requiem tuã: tu et
archa scificationis tue quia scificasti. Ipse caput nr̄m:
archa eius ecclesia eius. Surrexit prior surget & ecclia. Non
aut audet sibi resurrectionem corporis promittere: nisi prius
exsurgeret caput. Exsurge dñe in requiem tuã: tu & archa
scificationis tue. Et corpus xp̄i qd ex maria natum est: intellec
tum est a quibusdam. archa scificationis tue. Ut hoc diceret. Cum
corpore exsurge: ut palpent qui non credebant. Exsurge dñe
in requiem tuã: tu & archa scificationis tue. Sacerdotes tui
induantur iustitia: & sci tui letentur. Te exsurgente a mortuis
& eunte ad patrem: regale illud sacerdotium induatur
fide: quia iustus ex fide uiuit. Et accepto pignore
spū sci: letentur membra spe resurrectionis. que pcessit
in capite. Sic enim apls dic. Spe gaudentes. Propter dauid
serui tui: ne auertas faciem xp̄i tui. Crucifixus est
dñs in iudea. crucifixus est a iudeis: ab ipsis turbatus dor
miuit. Inter quos manus seuientium dormiuit. ad eos iu
dicandos surrexit: & dicit quodam loco. Et suscita me:
et reddam illis. Et reddidit: et redditurus est. Nam quan
ta iudei postea passi sint occiso dño: noru ipsi. De ipsa

Id est exsurge
ut exsurgat
et archa sci
ficationis
tue

hoc ergo pater dic
tum est propter dd ser
ui tui ne a
uertas faciem
xp̄i tui

ciuitate ubi illum occiderunt: omnes expulsi sunt. Quid ergo?
etiam de stirpe david omnis periit. et tribu iudeorum? Non. Nam et
crediderunt inde aliqui. et multa alia milia homi-
num crediderunt inde: et hoc iam post resurrectionem
domini. Seuierunt ut crucifigerent: et postea ceperunt uidere
fieri miracula in nomine crucifixi et plus contremuerunt
tantum posse eius nomen. qui quasi inter manus nichil pot
ad: et compuncti corde. iam credentes diuinitatem occultam
fuisse. in illo quem ceteris similem hominibus putauerunt: et
consilium petentes ab apostolis audierunt. Agite penitentiam:
et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini ihesu christi nostri. Ergo
quia ad iudicandos eos. a quibus crucifixus est surrexit christus:
et auertit faciem suam a iudeis: et conuertit ad gentes:
tanquam rogatur dominus propter reliquias istorum: et dicetur ei. Propter david
seruum tuum: non auertas faciem christi tui. Si palea dampnata est:
frumenta colligantur. et reliquie salue fiant: sic
dicit ysaias. Et plane facte sunt reliquie salue. Inde
erant apostoli duodecim. Inde plusquam quingenti fratres quibus
se ipse dominus demonstrauit post resurrectionem. Inde tot
milia baptizati: qui precia rerum suarum ante pedes
apostolorum ponebant. Ergo impletum est: quod hic rogatus est
dominus. Propter david seruum tuum: ne auertas faciem christi tui. Iura-
uit dominus david ueritatem: et non frustrabitur eum: id est non
penitebit. Quid est iurauit? Promissum suum per se ipsum firma-
uit;

Quid est non penitebit eum? non mutabit. Non enim
dolorem penitentie patitur deus aut in aliquo fallitur
ut uelit corrigere in quo errauit; sed quomodo homini
cum penitet mutare uult quod fecit sic ubi audieris quia
penituit deum; mutationem ipsam spera. Aliter illa fecit deus,
quamuis nomine penitentie appelletur; aliter tu. Tu enim facis
quia erraueras; ille autem facit quia uindicat aut quia
liberat. Mutauit regnum saul cum penituit eum; sic dictum
est; et in eo ipso loco ubi scriptura dicit. penituit eum: ibi pau
lo post dicitur. Non enim sic est ut homo; ut peniteat eum. Sed quia
mutat opera sua per incommutabile consilium suum; propter ipsam
non consilii. sed operis mutationem. penitere dicitur. Hoc autem
sic promisit; ut non mutaret. Quomodo dicitur et illud. Iurauit
dominus et non penitebit eum; tu es sacerdos in eternum secundum ordinem
melchisedec. Sic et hoc quia ita promissum est ut non
mutaretur; quia necessario futurum erat et permansurum.
Dicit. Ex fructu uentris tui; ponam sedem tuam super. Poterat
dicere; et ex fructu femoris tui. Quare ex fructu uentris
uoluit dicere? Et illud quidem si diceret; uerum diceret. Sed
significantius dicere uoluit ex fructu uentris, quia de fe
mina natus est christus; quo uir non accessit. Quid ergo iura
uit dominus dauid ueritatem? Ex fructu uentris tui ponam super
sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum; et
testimonia mea hec que docebo eos. et filii eorum sedebunt

usque in eternum super sedem tuam. Si filii tui custodierint:
et filii eorum sedebunt in eternum. Non autem si custodierint filii
tui sedebunt super sedem tuam: et si custodierint filii eorum et ipsi
sedebunt super sedem tuam. nisi quia filios hic voluit intelligi
fructus ipsorum. Si filii tui inquid custodierint legem et mandata
mea hec que docebo eos: et filii eorum sedebunt super sedem
tuam. Modo enim fratres. omnes qui laboramus in christo: omnes qui
contremiscimus verba ipsius. quando quomodocumque conamur facere
voluntatem eius: et ingemiscimus petentes. ut adiuvet nos
quo impleamus quod iubet. Numquid iam sedemus in illis sedibus
beatitudinis. que nobis promittuntur? Non. Sed mandata te-
nentes: speramus hoc futurum. Ipsa spes tamquam in filios
dicta est: quia spes nostra in hac vita invenitur. spes filii sunt.
fructus filii sunt: propterea et homines excusantes avari-
ciam suam: dicunt se filiis suis servare quod servant. Et
nolentes dare inopi. pietatis nomine se excusant: quia filii
eorum spes eorum sunt. Omnis enim homines quando secundum hoc seculum
vivit: spem suam dicit filios generare et relinquere. Ideo
nomine filiorum spem ipsam posuit: et ait, Si custodierint filii
tui testamentum meum: et testimonia mea hec que docebo illos:
et filii eorum sedebunt in eternum super sedem isti e tuam. Idest
fructus tales habebunt. ut spes eos non fallat: ut illuc ve-
niant quo sperant se venturos. Modo ergo patres sunt homines
spei future. Cum autem adepti fuerint quod sperant. filii sunt:

gratia illud quod adipiscuntur pepererunt . et genuerunt in
operibus bonis . Et hoc illis seruatur in posterum : quia et ipsa posteri
tas in filiis appellari solet . Aut si filios ipsos homines ac
cipis : intellige et de ipsis dictum . Si custodierint filii tui
testamentum meum : et testimonia mea hec que docebo illos . Et filii
eorum . Id est . si custodierint . ut hic subdistinguas . et deinde in
ferias : sedebunt in eternum super sedem tuam . id est . et filii tui . et filii
eorum . sed et omnes si custodierint . Quid ergo si non custodierint .
periit promissio dei ? Non . sed ideo dictum est . et ideo promissum est :
quia predicauit deus . quos promisit credituros . Sed ne aliquis quasi mina
retur promissis dei . et in potestate sua uellet ponere quod promisit
deus ut impleretur . ideo iurauit dominus . In quo ostendit : quod sine
dubio uenturum est . Quoniam ergo posuit ibi custodierint :
Nemo iam glorietur de promissis : et diuinitas te non custodi
re . Tunc eris filius dei : si custodieris . Si autem non eris filius
dei . Filiis dei promisit deus . Nolite dicere filii sumus dei . si de gene
ratis . Si iudei [illegible] illud non dicunt . qui de ipsa stirpe sunt nati :
immo dicunt illud . sed [illegible] . Apte enim dicitur . Si filii
abrahe estis : facta abrahe facite . Unde illos negauit fili
os : quia [illegible] facta non faciebant . Nos quomodo nos dicimus
filios dei [illegible] si de stirpe non sumus ? si secundum carnem restat ut
filii non [illegible] sumus nisi imitando fidem . nisi colendo deum
sicut ille coluit . Si ergo tibi per stirpem non speras perfecta non
[illegible] aliter quomodo [illegible] complebitur . quia sedebis super sedem dei .

Et si nō in te cōplebit᷑. putas qꝛ nō cōplebit᷑. Et qm̄ inuenim᷒
eā in cāpis saltuū. Et qm̄ steterunt pedes ei᷒. Qualiscumq; ergo
fuīs illa domus stabit. Qm̄ elegit dn̄s syon: p̄elegit eā in habi
tatione sibi. Syon ipa ē ecclia. ipsa ē ⁊ illa ihrlm: ad cui᷒ pacē
currimus. q̄ nō in angelis s; in nob̄ peregrinat᷑: que ex parte meli
ore expectat parte redituā. un̄ nob̄ littere uenerūt q̄ cotidie reci
tant᷑: ipsa ciuitas. ipa ē syon quā p̄elegit ds̄. Hec reqes mā: in
sclā sclōꝝ. Iā di ūba sunt reqes mā: ū reqesco. Quantū nos amat
ds̄ fr̄es. ut qꝛ nos reqescim᷒ se dicat reqescē. Nō enī ipe aliqndo
turbat᷑. aut sic reqescit: s; ibi se dicit reqescē. qꝛ nos in illo reqem
habebim᷒. Hic inhabitabo. qm̄ p̄elegi eā: uiduā ei᷒ b̄ndicēs b̄ndi
cā. paupes ei᷒ saturabo panib᷒. Omīs aīa q̄ intelligit se desertam oī
auxilio ū soli di: uidua ē. Quom̄ enī describit aplē uiduā. Que aūt
uera uidua ē ⁊ desolata: spauit in dn̄m. Aiebat aūt de istis ui
duis: q̄s omēs dixerat in ecclia. Dixerat aūt. que in delicijs agit
uiuens mortua ē: ⁊ nō illā numauit int᷑ uiduas. Describēs aūt
aūt uiduas ⁊ scās. qd ait᷑. Que uere uidua ē ⁊ desolata. spauit in dn̄o:
⁊ persistit in p̄cib᷒ ⁊ obsecrationib;. nocte ac die. Ibi subiec. q̄ autē
in delicijs agit: uiuens mortua ē. Un̄ g̃ uidua. Quia nō hab; au
xiliū aliunde: ū soli di. Ille que habent uiros: qi supbiūt de
auxilio ipsi. uirorū. Deserte uident᷑ uidue: ⁊ robusti ē auxilium
earū. Ergo tota ecclia una uidua ē. siue in uiris. siue in feminis.
siue in adolescentib᷒. siue in senib᷒. siue in uirginib᷒. omis ecclia
una uidua ē deserta in hoc sclō: si sentit illud. si nouit uiduitatē

ſuā: tunc enī auxiliū ꝑsto ē illi. Nonne agnoſcitis iſtā uiduita
tē in euglio frēs mī. cū dicēt dn̄s oportet ſēp orare ⁊ nō deficē.
Erat q̄dā iudex in ciuitate. q̇ nec dn̄m timebat. nec hoīes reuebat̄.
⁊ interpellebat eū quedā uidua cotidie: ⁊ dicebat. uīdica me de
adūſario mō. ⁊ interpellando cotidie. uidua fregit illū. Ait
enī ipē iudex apđ ſe q̇ nec dn̄m timebat. nec hoīem reuerebat̄.
Et ſi nec dn̄m timeo. nec hoīes erubeſco. uel ꝓpt̄ tediū q̄d m̄ facit
iſta uidua: uindicabo eā. Si audiuit iudex mal⁹ uiduā ne
tediū pateret̄. dſ nō audit eclīam quā hortat̄ ut dep̄cet̄. Ite
pauꝑes ei⁹ ſaturabo panib⁹. Quid ē frs. Sim⁹ pauꝑes: ⁊ tūc ſatu
rabim̄. Multi ꝑſumētes de ſe ſᵒ. ⁊ ſupbi x̄ani ſunt. adorant xp̄m:
ſ; nō ſaturabunt̄. Saturati enī ſūt: ⁊ habundāt in ſupbia ſua.
De talib⁹ dr̄. Obꝓbriū eis q̇ habundant: ⁊ deſpectio ſupbiſ.
Iſti habundant ⁊ ido manducant: ſ; nō ſaturant̄. Et q̇d de illis
dictū eſt in pſalmo: Manducauer̄: ⁊ adorauerūt oms̄ diui
teſ terre. Adorant xp̄m uenerant̄ xp̄m: ſupplicant xp̄o. ſed nō
ſaturant̄ ſapientia ⁊ iuſticia ipſi⁹. Quare? Quia non ſūt
pauper. Pauper aūt idē humiles corde. quanto plus eſuriunt:
tanto plus manducēt. Tanto autem plus eſuriūt: quanto
a ſe ſᵒ inanes ſunt. Qui plen⁹ eſt q̄cq̄d illi daturus eſ. reſpuit q̇ꝑ
plenus eſt. Da m̄ eſurientē: da m̄ de q̄b⁹ dictū ē. bī q̇ eſuriunt
⁊ ſitiunt iuſticiā. qm̄ ipi ſaturabunt̄: ⁊ erant hij pauperes
de q̄b⁹ m̄ dicit. ⁊ pauperes ei⁹ ſaturabo panibus. Quia ⁊ in
ipo pſalmo ū dictū ē manducauerūt ⁊ adorauerūt omnes

diuites terre. dictum est illic et de pauperibus: prorsus eomodo
quo et in isto psalmo. Edent pauperes et saturabuntur. et laudabunt
dominum qui requirunt eum: uiuent corda eorum in seculum. Ubi dictum est:
Edent pauperes et saturabuntur. et laudabunt dominum. Quare? Quan
do diuites dicti sunt adorasse: saturati non dicti sunt. Quando
autem pauperes dicti sunt: saturati dicti sunt? Et unde satura
ti? hec saturitas fratres qualis est? Deus ipse est panis. Panis ut lac
nobis fieret. descendit ad terram: et ait suis. Ego sum panis uiuus
qui de celo descendi. Ideo illic in psalmo: edent pauperes et
saturabuntur. de quo saturabuntur? Audi quod sequitur. Et lauda
bunt dominum: qui requirunt eum. Estote ergo pauperes. estote in membris
illius uidue: non sit auxilium uestrum nisi in uno deo. Pecu
nia nichil est. non inde auxilium abebitis. Multi propter
pecuniam perierunt: multi propter multam pecuniam quesiti sunt
a raptoribus; Tuti essent: si non haberent quare quererentur;
Multi de amicis potentioribus presumserunt. ceciderunt illi de quibus
presumpserunt: et inuoluerunt eos qui de se presumpserunt. Respicite
exempla generis humani. Qui magnum est quod uobis dico. Non
solum de his scripturis: ea loquimur. Legite ea in orbe terrarum.
attendite non presumere de pecunia: de amico homine. de
honore. et de iactancia seculi. Tolle ista omnia. Sed habes illa?
age deo gratias: si contempnis illa. Si autem inflaris inde: noli atten
dere. quando eris preda hominum: iam diabolo preda es. Si autem de his rebus
non presumpseris: eris in membris illius uidue que est ecclesia de qua dictum est:

uiduā eī benedicens benedicā. Et is pauꝑ: de qualib;
dictū est. Et pauperes eī saturabo panib;. Aliq̄ndo autem
qđ non est ꝑtermittendum dicere: inuenis pauperem. et
sup̄bū ⁊ diuitem humilem. Cotidie patim̄ tales. Audis
pauperem: quasi gementē sub diuite. Et q̄ndo potentior
ꝑmit diues: tunc illū uides humilem. Aliquando tūc
nec tūc: s; tūc sup̄bū. Inde uides q̄d ēēt: si aliq̄d haberet;
Ergo pauꝑ dei in animo ē: non in sculo. Procedit aliq̄ndo
homo habens plenā domū. uberes terras. multa ꝑdia
multū auri ⁊ argenti. nouit q̄ᵃ in ipsis non ē ꝑsumendū;
⁊ humiliat se deo faciet. inde bene. Ita cor ipsī eri
gitur ad dm̄. ut nouerit q̄ᵃ non solū nichil illi ꝑsint
diuitie ipse: s; et inpediunt pedes ipsī nisi ille regat.
ꝑ ille subueniat: ⁊ inuenietur int̄ pauperes q̄ saturant
panib;. Inuenis alīū mendicū. ⁊ inflatū. aut ido non
inflatū q̄ᵃ nichil habet: querentē tam̄ unde inflet. Non
attendit ds̄ facultatē. s; cupiditatē: ⁊ iudicat eū sc̄dm cu
piditatē qua inhiat reb; tēporalib;: nō sc̄dm facultatē q̄m
non ei contigit adipisci. Unde eni de diuitib; dic̄ apl̄s. diui
tib; huī scl̄i p̄cipe non sup̄be sape. neq; sp̄are in incerto di
uiciarū: s; in deo uiuo qui in nob p̄stat omnia habundant̄:
ad fruendū. Quid g̃ faciat de diuitijs suis: sequit̄ ⁊ dicat;
Diuites sint in opib; bonis facile tribuant: communicent. Et
unde quia hic pauperes sunt; tesaurizent in q̄d sibi fundam

tu bonum in futurum : ut apprehendant veram vitam. Si apprehenderint : tunc erunt christiani. Quando autem non eam adhuc habent : noverint se pauperes. Ita fit : ut omnes humiles secundum corde et in caritate germana constitutos : quicquid habuerint in hoc seculo : inter pauperes suos numeret deus quos saturat panibus; Sacerdotes eius induant salutari : et sancti eius exultatione exultabunt. Iam in fine psalmi sumus; Paululum advertat caritas vestra. Sacerdotes eius induam salutari : et sancti eius exultatione exultabunt. Quis est salutaris noster. nisi christus noster? Quid est ergo. sacerdotes eius induam salutari? Quotquot in christo baptizati estis : christum induistis; Et sancti eius exultatione exultabunt, Unde exultabunt? Unde est exultatione : quia induti sunt salutari. Non in se; lux enim facti : sed in domino. Nam erant ante tenebre : et ideo subiecit; Ibi suscitabo cornu david, Et de christo pronuntiat : ipsa enim altitudo david. Cornu enim significat altitudinem. Et qualem altitudinem? Non carnalem. Ideo omnia ossa : carne involuta sunt; cornu excedit carnem. Altitudo spiritalis : cornu est, Que autem altitudo spiritalis est. nisi de christo pronuntiat? Non dicere ego facio. et ego baptizo : sed; hic est qui baptizat ibi est cornu david. Et ut noveritis quia ibi est cornu david : attendite quid sequatur. Paravi lucernam christo meo, Que est lucerna? Iam nostis domini verba : de iohanne, Ille erat lucerna ardens : et lucens. Et quid ait iohannes? Hic est qui baptizat. In hoc ergo exultabunt sancti : in hoc exultabunt sacerdotes. Et cetera.

omne qd ipsorum est bonum: non ipsorum sed illius qui
habet potestatem baptizandi. Securus ergo accedit
ad templum eius omnis qui accepit baptismum: quia non
hominis sed illius in quo excitatum cornu david. Super ipsum
autem: florebit sanctificatio mea. Super quem? Super xpistum
meum. Xpisto meo enim cum dicit: uox est patris que dicit. Uidu
am eius benedicens benedicam: et pauperes eius saturabo panibus
Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt;
Illuc dicit ibi suscitabo cornu david: deus est. Ipse dicit paraui
lucernam xpisto meo: quia et xpistus uir est: et xpistus patris. Ipse
uir est cum saluat nos: et regit nos. Quoniam et dominus uir?
Filius autem patris: xpistus autem et uir et patris. Nam si patris xpistus
non esset: non diceret superius. Propter david seruum tuum: ne
auertas faciem xpisti tui. Super ipsum autem: florebit sanctificatio
mea; Super xpistum florere. Nemo hominum sibi illam assumat:
quia ipse sanctificat. Alioquin non erit uerum; super ipsum autem
florebit sanctificatio mea. Gloria sanctificationis florebit. Sanctifica
tio quae xpisti: in ipso xpisto. Potestas sanctificationis dei: in xpisto;
Florebit enim quod dicitur: ad gloriam uult pertinere. Quando enim
florent arbores: tunc pulcre sunt. Ergo sanctificatio in bap
tismo unde floret. et claret. unde cessit mundus huic
pulcritudini: quia in xpisto floret. Nam pone illam in
hominis potestate quomodo floret? Quando omnis
caro fenum. et omnis claritas carnis ut flos feni?

Explicit de psalmo centesimo .xxx. i. Incipit de psal
mo centesimo tricesimo secundo.

Psalmus iste brevis est, sed valde notus et
valde nominatus. Ecce quam bonum et
quam iocundum habitare fratres in unum.
Ita sonus iste dulcis est, ut et qui psalte
rium nesciunt, ipsum versum cantent. Tam
dulcis est, quam dulcis est caritas que facit fratres habi
tare in unum. Hoc quod est fratres non indiget interpre
tatione aut expositione, quam bonum aut quam iocun
dum sit habitare in unum; sed ea que sequuntur habent
aliquid quod pulsantibus aperiat. Scripturam ab ista ipsa des
cendat nobis intellectus universe textus psalmi. Hoc pri
mum etiam consideremus utrum de omnibus christianis dictum sit
habitare fratres in unum, an aliqui sint certi atque perfecti qui
habitant in unum, nec ad omnes pertineat ista benedictio,
sed ad quosdam a quibus tamen descendat ad ceteros. Ista enim verba
psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in
cantico quam in intellectu etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum
excitati sunt fratres qui habitare in unum concupierunt. Iste versus
fuit tuba ipsorum. Sonuit per orbem terrarum, et qui divisi erant
congregati sunt. Clamor dei, clamor spiritus sancti, clamor
propheticus non audiebatur in iudea, et auditus est in toto or
be terrarum. Ad istius versus sonum surdi erant, inter quos can
tabatur

et inuenti sunt apti gentibus de quibus dictum est. Quibus
non est annunciatum de illo uidebunt: et qui non audierunt
intelligent. Veruntamen dilectissimi: si consideremus: de
illo pariete circumcisionis prius nata est ista benedictio. Non
enim omnes iudei perierunt. Et unde apostoli filii prophetarum filii excussorum
sic tamen scientibus loquimur. Unde illi quingenti qui dominum post re-
surrectionem uiderunt. quos commemorat apostolus paulus: Unde
illi centum uiginti qui simul erant in uno loco. post resurrectionem
domini et ascensionem in celum: quibus in uno loco constitutis. super-
uenit spiritus sanctus die pentecosten missus de celo: sic missus sic
promissus. Omnes inde erant. et ipsi primo habitauerunt in unum. qui
omnia que habebant uendiderunt: rerumque suarum precia ad pedes
apostolorum posuerunt. sicut in actibus apostolorum legitur: et distribueba-
tur unicuique prout opus erat: et nemo dicebat aliquid proprium: sed
erant illis omnia communia. et quid est in unum: Et erat illis in quo
anima una et cor unum in deum. Ergo ipsi prius audierunt. Ecce quam
bonum et quam iocundum. habitare fratres in unum. Primi audierunt: sed non
soli audierunt. Non enim usque ad illos ista dilectio et unitas fratrum
uenit. Venit enim et ad posteros ista caritatis exultatio et uotum
deo. Vouerunt enim aliquid deo ut dictum est. Vouete et reddite domino
deo uestro. Melius est autem non uouere et reddere. quam uouere et non
reddere. Sed debet esse impiger animus ut et uoueat et reddat.
ne cum se minus idoneum putat ad reddendum: piger sit ad
uouendum. Plane numquam reddet si de suo se putauerit reddi

turum. Ex uoce huius psalmi appellati sunt et monachi;
Nec quisquam uobis de isto nomine insultet catholicis. quando uos rec
te hereticis de circuicellionibus insultare ceperitis. ut erube
scendo saluentur. Illi nobis insultant de monachis. Primo
si comparandi sunt uos uidete. si uobis nimium tam laboratis.
Non opus est nisi ut ammoneatis unumquemque ut attendat. Sed
attendat et comparet. Quid opus est et uobis nimium? Comparentur
ebriosi cum sobriis. precipites cum consideratis. furentes cum
simplicibus. uagantes cum congregatis. Sed tamen dicere con
sueuerunt. Quid sibi uult nomen monachorum? Quanto me
lius dicimus nos quid sibi uult nomen cercillionum? Sed non
inquiunt uocantur cercilliones. Forte corrupto sono
nominis eos appellemus. Dictum sit nobis integrum nomen
ipsorum. Forte circumcelliones uocantur. non cercilliones.
Plane si hoc uocantur. exponimus quid sint. Nam circuicelliones
dicti sunt. quia circum cellas uagantur. Solent enim ire hac illac.
nusquam habentes sedes. et facere que nostis. et que illi norunt.
uelint nolint. Scriptum tamen sit quia et monachi falsi sunt.
et nos nouimus tales. Sed non periit fraternitas pia propter eos
qui profitentur quod non sunt. Tam sunt enim falsi monachi.
quam et falsi clerici. et fideles falsi. Omnia genera fratres
mei tria que aliquando uobis commendauimus. et ut puto
non semel. habent bonos suos. habent malos suos. De
tribus generibus enim ipsis dictum est. Duo in agro. unus assume

ex uno relinquetur. Et duo in lecto. unus assumetur. et unus relinquetur. Due in molendino. una assumetur. et una relinquetur. In agro sunt qui gubernant ecclesiam. Unde dicens apostolus. uidete si non agro erat: ego plantaui apollo rigauit: sed dominus incrementum dedit. In lecto autem eos intelligi uoluit. qui amauerunt quietem. Voluit intelligi non se miscentes turbis. non tumultum generis humani: in otio seruientes deo. Et inde tamen unus assumetur. et alius relinquetur. Sunt ibi probi: et sunt ibi reprobi. Ne expauescatis quando ibi inuenerint reprobi. Nam et latent quidam. qui non inueniantur nisi in fine. Due item in molendino ex nomine feminini generis appellauit: plebes enim intelligi uoluit. Quare in molendino? quia in isto mundo uersantur. ubi molendinum intelligitur. quia uertitur sic mundus iste quomodo mola. Et cum illis quos continet. Sic ibi uersantur fideles boni. ut una ex eis contemnatur: altera assumatur. Quosdam enim actiones mundi faciunt dilectores seculi: fraudatores. simulatores. Alii autem sic ibi sunt: quomodo ait apostolus; Et qui utuntur hunc mundum: tamquam non utentes sint; Preterit enim figura huius mundi. Volo enim uos sine sollicitudine esse. Audistis que assumentur de molendino. Certe enim multa pecca uidentur ad diuites pertinere. Cum enim plus agunt et plus amministrant. et plus ad eos pertinet res familiaris ampla: difficile est ut non plus pecca contrahant.

et de illis dictu e: qr facilius e camelu intrare p fora
men acus: qm diuite in regnu celoru. et cu contristati
essent discipuli pillis de qb; tam desparabant: consolat e dns
dicens. Que hominib; impossibilia sunt: do facilia sunt.
Quom aut illud facile ds fac. audi aplm si n negligas qd
precepit. Precipe inqd diuitib; huius sti. n supbe sape. Inue
nis eni paupem diuite supbiente. humile. a piani
bene consideratu: qr illa oia pereunt et ptfluunt.
qnia nichil attulit in huc mundu: nichil potest de mundo
auferre. cogitante que admodu diues ille q ardebat
in flama apd inferos. gutta s distillari de digito ei
desiderauit. q meas demenia ei concupierat. Cogitan
tes ista faciunt qd ait aple. Neq; sparr in incerto diui
tiaru. s; in deo uiuo: q pstat nob omnia habundant
ad fruendu. Diuites sint inqd inopib; bonis: facile
tribuant. communicent. thesaurizent. Et qd inde
illis ueniet? Tesaurizent sibi fundamentu bonu in fu
turu: ut apphendant uera uita. Ecce que assumentur
de molendino. Qualis aut diues ille erat q induebatur
purpura 7 bisso et epulabatur cotidie splendide: 7 iacen
tem ad ianua sua paupem contepnebat: relinquitur Vna
de molendino una assumetur 7 una relinquatur: sic dicit
ezechiel de trib; psonis. in qb; non absurde tria hec
gena intelligimus. Si miserit ds gladiu in terra

et si fuerint in medio eorum noe. daniel. et iob. non liberabunt
filios neque filias. sed ipsi soli salui erunt. Isti illi olim libera
ti sunt: sed in tribus istis nominibus. tria quedam genera significa
uit. Noe significat rectores ecclesie. quia ipsam archam in
diluuio gubernauit. Daniel autem uitam quietam elegit. in
celibatu seruire deo. idem. uxorem non querens. Erat uir
sanctus in celestibus desideriis uitam gerens: temptatus in multis
et inuentus aurum obrizum. Qui tam quietus erat. quod et inter leones
securus erat. Ergo in nomine danielis qui etiam uir desideriorum
appellatus est. sed utique castorum atque sanctorum. significantur serui
dei de quibus dicitur. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres
in unum. In nomine iob. significatur illa uita de molendino.
que assumitur. habebat enim uxorem habebat filios. habebat
multas diuitias: et tam multa habebat in isto seculo.
ut diabolus hoc ei obiceret. quod non gratis iob coleret dominum.
non propter illa que acceperat: sed propter eum qui dederat. Amissis namque
omnibus repentina afflictione et temptatione: amissa hereditate.
amissis heredibus: sola coniuge sibi relicta. non ad consolati
onem sed ad temptationem: ait quod nostis. Dominus dedit dominus abstu
lit. sicut domino placuit ita factum est. sit nomen domini benedictum.
Impletum est in eo quod cotidie cantamus. si ex moribus consonemus;
Benedicam dominum in omni tempore. semper laus eius in ore meo. Ergo in istis
tribus nominibus significata sunt tria genera hominum: et in illis
tribus rursus in euangelio que commemorat. Quod ergo dicit illic

nobis de nomine monachorum insultant: fortasse dic
turi sunt: illi non uocantur circumcelliones. Vos illos ita
appellatis contumelioso nomine. nam ita nos eos non uocamus.
dicant quid eos uocent: et audietis. Agonisticos eos uocant.
fatemur et nos honesto nomine. si res conueniret. Sed interim
illud uideat sanctitas uestra. Qui nobis dicit. ostendite ubi
scriptum sit nomen agonisticorum. Sic eos inquiunt appellamus
propter agonem: certant enim. et dicit apostolus. Bonum certamen
certaui. Quia sunt qui certant aduersus diabolum et
praeualent milites christi. agonistici appellantur. Utinam ergo
milites christi essent et non milites diaboli. a quibus plus time
tur deo laudes. quam fremitus leonis. Hi etiam insultare
nobis audent quia fratres cum uiderint homines: deo gratias
dicunt. Quid est inquiunt deo gratias? Ita ne surdus es. ut
nesciat quid sit deo gratias? Qui dicit deo gratias. gratias agit deo;
Vide si non debet frater gratias agere deo. quando uidet
fratrem suum. Non enim non est locus gratulationis. quando
se inuicem uident qui habitant in christo? Et tamen uos deo
gratias ridetis. deo laudes uestrum plorant homines. Sed certe
redditis rationem de nomine quare appellatis agonisticos. Ita
fiat. ut appellas. ita fiat. Omnino fauemus. Prestet dominus
ut illi contra diabolum certent et non contra christum: cuius persecu
untur ecclesiam. Tamen quia certant dicitis agonisticos. et
inuenistis unde appelletis: quia dixit apostolus. bonum agonem cer
taui;

Quare ergo et nos non appellemus monachos cum dicat psalmus. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Monos enim unus dicitur. et non unus quomodocumque. Nam et in turba unus est. sed una cum multis. unus dici potest. monos non potest. id est. solus. Monos enim unus solus est. Qui ergo sic uiuunt in unum ut hominem unum faciant. ut sit illis uere quomodo scriptum est una anima et unum cor. multa corpora. sed non multe anime. sed multa corpora sed non multa corda. recte dicitur monos id est unus solus. Unde ille unus sanabatur in piscina. Respondeant nobis et exponant qui insultant nomini monachorum. quare ille qui uiuens est triginta octo annos habens in infirmitate hoc respondisse deo. Cum commota fuit aqua. non habeo qui me deponat. alius ante me descendit. Descendat unus. iam alius non descendebat. Unus solus sanabatur. unitatem ecclesie figurabat. Merito insultat nomini unitatis. qui se ab unitate precidit. Merito illis displicet nomen monachorum. quia isti nolunt in uno habitare cum fratribus. sed sequentes donatum. christum dimiserunt. Hoc de uno et de uno solo audiuit caritas uestra. Iam iocundetur cum psalmo. ut sequentia uideamus. Breuis est. potest a nobis cum inquirimus eum dominus suggerit. Puto enim celeriter que dicta sunt patere posse que sequuntur. quamuis et illa uideantur obscura. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Ostenden

debat qui dicebat ecce. Videamus et nos fratres et benedicamus
dominum, et oremus ut dicamus ecce, et curremus simul esse. Dicat psal-
mus. Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam
barbam aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Aaron quid
erat? Sacerdos. Quis est sacerdos, nisi unus sacerdos qui intravit in
sancta sanctorum? Quis erat iste sacerdos, nisi qui fuit et victima et sacer-
dos? Nisi ille qui cum in mundo non inveniret mundum quod
offerret, seipsum obtulit? In capite ipsius unguentum, quia totus
christus cum ecclesia. Sed a capite venit unguentum. Caput nostrum
christus crucifixum et sepultum resuscitatum ascendit in caelum,
et venit spiritus sanctus a capite. Quo? Ad barbam. Barba significat
fortes. Barba significat iuvenes, strenuos, impigros, ala-
cres. Ideo quando tales describimus, barbatus homo est dicimus.
Ergo primum illud unguentum descendit in apostolos, descendit
in illos qui primos impetus saeculi sustinuerunt. Descendit ergo in
illos spiritus sanctus. Nam et illi qui primum simul habitare coeperunt
persecutionem passi sunt. Sed quia descendebat unguentum in bar-
bam, passi sunt non victi. Caput enim quod iam passum praecesserat, unde
descendit unguentum. Praecedenti tali exemplo, quis vinceret bar-
bam? Ex illa barba erat Stephanus sanctus. Et hoc est non vinci: ut cari-
tas non vincatur ab inimicis. Nam ipsi sibi vicisse, qui
persecuti sunt sanctos. Illi caedebant, illi caedebantur. Illi occidebant,
illi occidebantur. Quis non putaret illos vincere, illos vinci?
Sed quia non victa est caritas, ideo unguentum descendit in bar-
bam;

Attende stephanum. seuiebat in illo. karitas. Seuiebat
in eos audirent eum: rogauit pro eis cum lapidarent. Quid
enim ait cum audirent? Dura ceruice et incircumcisi
corde et auribus: uos semper restitistis spiritui sancto. Vide bar
bam. Numquid adulauit? numquid timuit? Illi cum audi
rent ista que in illos dicebantur. et quasi seuiebat. Seuie
bat enim stephanus. seuiebat ore. corde diligebat et non
est uicta ipsa caritas in eo. Nam illi aborrentes au
bo. tamquam tenebre fugientes a lumine: ad lapides
currere ceperunt. stephanumque lapidare. Sicut antea stephani
uerba lapidabant illos: sic postea lapides eorum stephanum.
Quando debuit plus irasci stephanus. quando lapidabatur aut
quando audiebatur? Ecce mitis factus est cum lapidaretur. et
seuiebat cum audiretur: quia irritare uolebat eos a quibus
audiebatur. Seuientibus ipse lapidibus non uicta est ca
ritas: quia unguentum a capite ad barbam descendat. Iam
dicerat ab ipso capite. Diligite inimicos uestros. et orate
pro eis qui uos persecuntur. Audierat ab ipso capite pendente
in cruce et dicente: pater ignosce illis. quia nesciunt
quid faciunt. Eo modo ergo unguentum a capite descen
derat in barbam. quia et ille cum lapidaretur. fixo ge
nu ait. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Ergo illi tam
quam barba erant. Multi enim fortes erant. et multas
persecutiones passi sunt. Si a barba non descendisset unguen

tium. modo monasteria non haberemus. Sed quia descendit
et in ora vestimenti: sic enim ait. quod descendit in ora vesti
menti eius: secuta est ecclesia. de veste domini peperit monasteria.
Nam vestis sacerdotalis. ecclesiam significat. Ipsa est vestis
de qua dicit apostolus. ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam. non
habentem rugam aut maculam. Mundatur ut non habeat ma
culam: extenditur ut non habeat rugam. Ubi extendit fullo.
Nonne in ligno? Videmus cotidie fullonibus tunicas quodammodo
crucifigi. Crucifiguntur ut rugam non habeant. Quid est ergo
ora vestimenti? fratres mei. in ora vestimenti quid accepturi sumus [ora fimbria vestimenti est. quod accep tum]
sumus in fine vestimenti? An quia in fine temporum habitura erat
ecclesia fratres habitantes in unum? An in ora perfectionem intelli
gimus? quia in ora perficitur vestimentum. Et illi perfecti qui norunt habi
tare in unum. Illi perfecti: qui legem adimplent. Quomodo autem
impletur lex Christi. ab eis qui habitant in unum? Audi apostolum. In
vicem honera vestra portate: et sic adimplebitis legem Christi.
Hec est ora vestimenti. Quomodo fratres intelligimus quod ora dicatur.
quo potuit descendere unguentum? Non puto quod oram
vestimenti in lateribus voluit intelligi. Sunt enim ore in lateri
bus. Sed a barba descendere unguentum ad oram potuit que in
capite est: ubi aperitur capud. Tales sunt qui habitant in
unum. Ut quomodo per illas oras intrat capud hominis.
ut vestiat se. sic per concordiam fraternam Christus intrat qui
est capud nostrum ut vestiatur et hereat illi ecclesia. Quid aliud

dicitur

Sicut ros hermon qui descendit super montem syon?
Hoc uoluit intelligi fratres mei. gratiam dei esse. quod fratres
habitant inunum. Non ex suis uiribus non ex suis
meritis sed ex illius dono. sed ex illius gratia: sicut ros decae
lo. Non enim sibi terra pluit. Aut non quicquid genuerit
arescit. nisi pluuia de super descendat? dicit quodam loco
inpsalmo. Pluuiam uoluntariam segregabis deus hereditati tuae.
Quare dixit uoluntariam? Quia non meritis nostris. sed illius
uoluntate. Quid enim boni meruimus peccatores? quid
boni meruimus iniqui? Ex adam de adam: et super adam multa
peccata. Nascitur quisque. nascitur adam: nascitur damnatus
de damnato et addit male uiuendo super adam. Quid enim
boni meruit adam? Et tamen misericors amauit et sponsus
dilexit. non pulchram: sed ut faceret pulchram. Ergo gratiam dei
dicit hermon. Sed hermon quid sit. nosse debetis. Mons est
quidem longe disiunctus ab hierusalem: id est a syon. Itaque mirum
est quare sit dictum. Sicut ros hermon qui descendit super montem
syon: cum mons hermon longe sit disiunctus ab hierusalem;
Nam transiordanen esse dicitur. Ergo aliquid interpretationis hermon
queramus. Nomen enim hebreum est: et habemus interpretationem
ab eis qui illam linguam nouerunt. Hermon interpretatur dicitur lumen
exaltatum. A christo enim ros: nam nullum lumen exaltatum nisi
christus. Et quomodo exaltatum est? primo incruce. postea incelo;
Exaltatus incruce cum humiliaretur: sed humiliatio illius non potuit

130

[...]ista(?) alta esse. Nam et illa dispensatio minuendi et minuendi fieb
at, quae significabatur in iohanne. et dispensatio crescendi in domino ihesu christo
crescebat: quod et natalibus eorum ostenditur. Nam ille natus
est sicut tradit ecclesia octavo kalendas iulias: cum iam minuuntur di
es incipiunt. Dominus autem natus est octavo kalendas ianu
arias. quando iam dies incipiunt crescere. Audi ipsum iohannem
confitentem. Illum oportet crescere. me autem minui. Et
passiones ipsorum hoc indicant. Dominus in cruce exaltatus
est. ille caeso capite diminutus. Ergo humilitatem exaltatam christus:
unde est ros hermon. Ergo quicumque vultis habitare in unum.
optate rorem istum: et compluimini inde. Alioquin non
poteritis tenere quod profitemini: nec profiteri nec audere po
teritis. nisi ille intonuerit. Nec permanere poteritis. nisi
eius gratia non desit vobis. Ipsa enim gratia descendit super
montes syon. Quid est syon? Ecclesia sed qui ibi sunt. Montes
magni. Quos significant montes. hos significat barba. sunt montes syon magni in syon(?)
hos significat ora vestimenti. Barba non intelligitur nisi in perfec
tis. Non ergo habitant in unum. nisi in quibus perfecta fuerit caritas
christi. Nam in quibus non est perfecta caritas christi. et cum in unum sunt
odiosi sunt. molesti sunt. turbulenti sunt. anxietate sua
turbant ceteros. et quaerunt quid de illis dicant. Quomodo enim
in iumentis inquietum iumentum non solum non trahit. sed et
frangit calcibus quod iunctum est. Si autem habet rorem hermon
qui descendit super montem syon. quietus est. placatus. humilis.
tolerans. et pro murmure precem fundit. Nam eius murmuratio

Erst

magnifice descripti sunt quodam loco scripturarum. Pre
cordia fatui sic rota carri. Quid est precordia fatui sic
rota carri? fenum portat et murmurat. Non enim potest ro
ta carri quiescere a murmur[illegible] ire. Sic sunt multi fratres
non habitant in unum nisi corpore. Sed qui sunt qui habitant in
unum? Erat illis anima una et cor unum in deum. Et nemo
dicebat aliquid suum esse. sed erant illis omnia communia. designa
ti sunt. descripti sunt. qui pertineant ad barbam. qui pertineant ad
horam vestimenti. qui murmurent inter montem syon. Et si sunt
alii murmuratores ibi. meminerint dicti domini. unus assu
metur et unus relinquetur. Quoniam ibi dominus mandavit
benedictionem. Ubi mandavit? in fratribus qui habitant in
unum. Ibi precepit benedictionem. Ipsi benedicunt dominum qui
habitant concorditer. Nam in discordia non benedicis
dominum. Sine causa dicis quia lingua tua benedictionem
domini sonat: si corde non sones. Ore benedicis et corde
maledicis. Ore suo benedicebant, et corde suo maledice
bant. Numquid verba nostra sunt? Significati sunt quidam;
Benedicis dominum cum oras. et sequeris in pace tua. et maledicis
inimico tuo. Hoc est quod audisti ab ipso domino. diligite in
imicos vestros? Si autem facias ut diligas inimicum tuum
et ores pro eo: ibi mandavit dominus benedictionem suam. Ibi
habebis vitam in seculum. id est in eternum. Multi enim amantes
vitam istam. maledicunt inimicis suis. Pro qua re? nisi pro ista

uitas: nisi pro commodis temporalibus? Ubi te angusta
uit inimicus tuus, ut cogaris maledicere? Interna
angustatus es: migra, habita in celo. Quomodo inquies
habitabo in celo homo carne indutus, carni deditus?
Corde precede, quo sequaris corpore. Noli surdus audire:
sursum corda. Sursum habe cor: et nemo te angustabit
in celo. Et ideo bene sequitur alius psalmus.

Explicit psalmus centesimus. xxx. ii. Incipit psal
mus. xxx. iii. canticum graduum.

Ecce nunc benedicite dominum omnes serui
domini. Qui statis in domo domini. in atriis
domus dei nostri. Quare addidit in atriis?
atria ampliora spacia domus intelliguntur.
Qui stat in atriis non angustatur. non premitur:
quodammodo delectatur. In latitudine mane, et potes dilige
re inimicum tuum: quia non ea diligis. ubi ab inimico an
gustias patiaris. Quomodo intelligentis stare in atriis?
Sta in karitate: et stas in atriis. In karitate latitudo est:
in odio angustia. Audi apostolum. Ira et indignatio. tribu
latio et angustia: in omnem animam hominis operantis ma
lum. De latitudine autem karitatis quid dicit? quoniam karitas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ubi
audis diffusionem. intellige latitudinem. Ubi audis lati
tudinem. intellige atria domini: et habebis utramque benedictionem
domini.

quando non maledicit inimicus. Alloquitur enim spiritus eos
qui patiuntur tribulationem ut glorientur in tribulationibus.
et dicit eis. Ecce nunc benedicite dominum omnes servi domini. Quid
est ecce nunc? in hoc tempore. Nam post transactas tribu
lationes manifestum est quia benedictione domini vacabimus.
et dictum est. Beati qui habitant in domo tua. in secula seculorum
laudabunt te. Qui tunc benedicturi sunt sine defectu. hic
incipiunt benedicere dominum. hic in tribulationibus. in temp
tationibus. in molestiis. inter adversitates seculi. inter insidias
inimici. inter fraudes et impetus diaboli. Hoc est bene
ecce nunc benedicite dominum omnes servi domini qui statis in do
mo domini. Quid est qui statis? qui perseveratis. Quia dictum est
de quodam qui archangelus fuit et in veritate non stetit.
Et dictum est de amico sponsi. Amicus autem sponsi stat et au
dit eum. et gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ergo qui
statis in domo domini in atriis domus dei nostri; in noctibus extol
lite manus vestras in sancta. et benedicite dominum. Facile est bene
dicere in diebus. Quid est in diebus? In rebus prosperis. Nox enim
tristis res est; dies res est leta. Quando tibi bene est bene
dicis dominum. Quando filium desideras et nascitur. benedicis
dominum. Liberata est uxor tua a periculo partus. benedicis dominum.
Egrotabat filius. liberatus benedicis dominum. Egrotabat filius
forte quesisti mathematicum. sortilegum; forte non de ligatura
sed de moribus eius exiit maledictio in te. Exiit de mo

ribus et uita tua. Noli gloriari quia lingua tua
benedicis, si uita maledicit. Quomodo inquies
uita maledico? Uita attenditur uita tua et dicitur.
Ecce christiani. ecce quales sunt christiani. et blasphematur
propter te christus. Ecce cum uita tua maledicat. quid prodest quod
lingua tua benedicit? Benedicite ergo dominum. Quando?
in noctibus. Quando benedixit iob.. quando tristis
nox erat. Ablata sunt omnia que possidebantur. ab
lati filii quibus seruabantur. Quam tristis nox. Sed
uideamus si non in noctibus benedicat. Dominus dedit dominus
abstulit. sicut domino placuit ita factum est. sit nomen domini
benedictum. Quam atrox nox. Percussus uulnere
a capite usque ad pedes. putrie factus liquescebat uermibus;
Nunc etiam ei ausa est temptare. dic aliquid in deum et
morere. Audi benedicentem in noctibus. Locuta est inquid
quasi una ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus
de manu domini. mala non toleremus? Ecce quod est in nocti
bus extollite manus uestras in sancta et benedicite dominum. Re
ddidit iob. Locuta es tanquam una ex insipientibus mulie
ribus; Adam putris repulit euam. tanquam dicens. Suf
ficit quod propter te mortalis effectus sum. Valueras in para
diso. sed uinceris in stercore. Magna gratia dei. Sed unde hoc
nisi quia ros hermon compluerat animam illam. sed dederat
dominus suauitatem. ut terra nostra daret fructum suum. In noctibus

Extollite manus uestras in sancta : et benedicite dominum. Benedicat te dominus ex syon : qui fecit celum et terram. Plures hortatur ut benedicant. et ipse unum benedicit, quia unum ex pluribus fecit. quia bonum et iocundum est habitare fratres in unum. Pluralis numerus fratres. sed singularis habitantes in unum. Ideo benedicat te dominus ex syon : qui fecit celum et terram. Nemo ut in dicat, ad me non peruenit. Putas quis est qui benedicit. benedicat te dominus ex syon : Si unum benedicit. Esto unum et peruenit ad te benedictio. Explicit psalmus centesimus tricesimus tercius ; ET GIRD. Qui hoc scripsit in pace quiescat. Amen ;

Retractacio huius operis.

SCRIPSI ETIAM librum de fide. spe et caritate cum a me ad quem scriptus est postulasset. ut aliquod opusculum meum haberet de suis manibus non recessurum. quod genere greci enchiridion uocant ; Ubi satis diligenter mihi uideor esse complexus quomodo sit colendus deus quam sapientiam hominis esse utique ueram diuina scriptura diffinit. Hic liber sic incipit Dici non potest dilectissime fili laurenti. quantum tua erudicione delecter. Primum capitulum. Laurencio scribens eius erudicione delectatur. cupiens illum esse sapientem secundum scripturas sacras ; In nomine domini nostri incipit liber enchiridion ;

Dici non potest dilectissime fili laurenti. quantum tua eruditione delecter. quamque te cupiam esse sapientem. non ex eorum numero de quibus dicitur. Ubi sapiens. ubi scriba. ubi conquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi. sed ex eorum de quibus scriptum est. Multitudo sapientium. sanitas est orbis terrarum. Et quales uult apostolus fieri de quibus dicit. Volo autem uos sapientes quidem esse in bono. simplices autem in malo.

II. Quod hominis sapientia pietas. id est dei cultus in sancto iob breuiter dicatur.

Hominis enim sapientia pietas est. Habes hoc in libro sancti iob. Nam ibi legitur. quod ipsa sapientia dixerit homini. Ecce pietas est sapientia. Si autem queras quam dixerit eo loco pietatem. distinctius in greco reperies theosebion quod est dei cultus. dicitur enim grece pietas et aliter. id est eusebia quo nomine significatur bonus cultus. quamuis et hoc precipue referatur ad colendum deum. Sed nichil est commodius illo nomine quo euidenter dei cultus expressus est. cum quid esset hominis sapientia diceretur. Queris ne aliquid dici breuius. qui petis a me ut breuiter magna dicantur.

III. Quonammodo sit colendus deus.

An hoc ipsum tibi forsitan desideras breuiter aperiri. atque in sermone breui colligi. quonammodo sit colendus deus. hic respondero. fide. spe. et caritate colendum deum. profecto dicturus es breuius hoc dictum esse quam uelles.

ac deinde perpetuus ea tibi breviter explicari que ad singula
tria ista pertineant: quid credendum scilicet quid sperandum,
quid amandum sit. Quod cum fecero: ibi erunt illa omnia que
in epistola tua querendo posuisti. Quorum exemplum si penes
te, facile est ut ea revolvas et relegas. Si autem non est: com
memorante me recolas; Quale sibi librum fieri voluerit

Vis enim tibi ut scribis librum a me fieri quem hic continet pro
quem enchiridion ut dicitur habeas, et de tuis manibus petit
non recedat continens postulata. Id est quid sequendum
maxime quid propter diversas principaliter hereses sit fugi
endum in quantum ratio pro religione contendat. vel
quid in rationem cum fide sit sola non veniat. Quid pri
mum quid ultimum teneatur. Que totius definitionis
summa sit quod certum propriumque catholice fidei fundamentum.
Hec omnia que requiris, procul dubio scies diligenter sciendo.
quid credi. quid sperari debeat. quid amari. Hec enim maxime
immo vero sola in religione sequenda sunt. Quibus qui contradicit. aut
omnino a Christi nomine alienus est. aut hereticus. Hec sunt defenden
da ratione. que vel a sensibus corporis inchoata vel ab intel
ligentia mentis inveniantur. Que autem nec corporeo sensu
experti sumus. nec mente assequi valuimus aut valemus: eis
sine ulla dubitatione credendum sit testibus a quibus ea que
divina vocari iam meruit scriptura confecta est. qui
sive per corpus sive per animum divinitus adiuti vel videre

uel etiam preuidere potuerint. De inicio fidei et perfectione speciei quid

Cum autem inicio fidei que per dilectionem operatur imbuta mens fuit. tendit bene uiuen- quod sit per fidei catholice fundamentum quod apud heretiCos non tamen inueniatur.
do etiam ad speciem peruenire: ubi est sanctis et perfectis cordibus nota
ineffabilis pulchritudo: cuius plena uisio est summa felicitas. hoc est
nimirum quod requiris: quid primum quid ultimum teneatur. inchoari fide.
perfici specie. Hec etiam totius definitionis est summa. Certum uero propriumque
catholice fidei fundamentum: christus est. Fundamentum enim aliud
ait apostolus nemo potest ponere preter id quod positum est:
quod est christus ihesus. Neque hoc ideo negandum est proprium funda-
mentum fidei catholice: quia putari potest aliquibus hereticis
hoc nobiscum esse commune. Si enim diligenter que ad christum per-
tineant cogitentur: nomine tenus inuenitur christus apud quos-
libet hereticos. qui se christianos uocari uolunt. Re ipsa uero non
est apud eos: quod ostendere nimis longum est. quoniam commemoran-
de sunt omnes hereses. siue que fuerunt siue que sunt. siue
que potuerunt esse sub uocabulo christiano: et quam sit hoc uerum
per singulas quasque monstrandum: que disputatio tam mul-
torum est uoluminum ut etiam infinita uideatur. Quid sit
enchiridion quod est sibi uolunt: et quam laboriosum sit de fide. spem. caritate.

Tu autem enchiridion a nobis postulas .i. quod manu sentientibus
teneri possit. non quod armaria possit onerare. Ut responde
ergo ad illa tria redeamus. per que diximus colendum deum fidem
spem. caritatem facile est ut dicatur quid credendum quid

sperandum, quid amandum sit. Sed quemadmodum veritas adversus eorum qui diversa sentiunt calumnias defendatur, operosioris uberiorisque doctrinae est; quae ut habeatur, non brevi enchiridion manus debet impleri, sed grandi studio accendi.

VII. De symbolo et dominica oratione fidem in se et spem et caritatem contineant.

Nam ecce tibi est symbolum et dominica oratio. Quid brevius auditur aut legitur? Quid facilius memoriae commendatur? Quia enim de peccato gravi miseria premebatur genus humanum, et divina indigebat misericordia, gratiae dei tempus propheta praedicens ait: Erit omnis qui invocaverit nomen domini salvus erit. Propter hoc oratio. Sed et apostolus cum ad ipsam gratiam commendandam hoc propheticum commemorasset testimonium, continuo subiecit: Quomodo autem invocabunt in quem non crediderunt? Propter hoc symbolum. In his duobus tria illa intuere. Fides credit, spes et caritas orant, sed sine fide esse non possunt. Ac per hoc et fides orat. Propterea quippe dictum est: Quomodo invocabunt in quem non crediderunt?

VIII. Qualiter fides et spes et caritas sine se invicem esse non possint, quamvis a se in quibusdam differant.

Quid autem sperari potest quod non creditur? Porro aliquid quod etiam speratur non credi potest. Quis namque fidelium poenas non credit impiorum? nec sperat tamen. Et quisquis eas imminere sibi credit ac fugaci animi motu exhorrescit, rectius timere dicitur quam sperare. Quae duo quidam distinguens ait: Liceat sperare timenti. Non autem ab

alio poeta quamvis meliore prope dictum est. Hunc ego si potui
tantum sperare dolorem. Denique non nulli in arte gramatica
ubi huius utuntur exemplo ad ostendenda impropria dictio
ne: sperare dixit pro timere. Est itaque fides et malarum
rerum et bonarum. Quia et bona creduntur et mala, et hoc fide bo
na non mala. Est etiam fides et preteritarum rerum et presentium
et futurarum. Credimus enim mortuum Christum: quod iam preteriit. Credi
mus sedere ad dexteram patris: quod nunc est. Credimus uen
turum ad iudicium: quod futurum est. Item fides et suarum rerum est:
et alienarum. Nam et se quisque credit aliquando esse cepisse nec fuisse
utique sempiternum: et alia atque alia nec solum de aliis hominibus mul
ta que ad religionem pertinent: uerum et de angelis credimus. Spes autem
non nisi bonarum rerum. nec nisi futurarum est: et ad eum pertinentium
qui earum spem gerere perhibetur. Que cum ita sint, propter has causas
distinguenda erat fides ab spe: sicut uocabulo. ita rationabili dif
ferentia. Nam quod attinet ad non uidere sive que creduntur. sive que
sperantur. fidei speique commune est. In epistola quippe ad hebreos. qua teste
usi sunt illustres catholice regule defensores. fides esse dicta est con
uictio rerum que non uidentur. Quamvis quando se quisque non uerbis non testibus
non denique ullis argumentis sed presentium rerum euidentie credidisse.
hoc est fidem accommodasse dicit. Non ita uidetur absurdus ut recte
reprehendatur in uerbo: et ei dicatur. Vidisti ergo non credidisti. Unde pu
tari potest non esse consequens ut non uideatur res quecumque creditur. Sed
melius hanc appellamus fidem quam diuina eloquia docuerunt: earum scilicet

licet rerum

que non uidentur. De spe quoque apostolus ait. Spes que uidetur: non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus: per patientiam expectamus. Cum ergo bona nobis futura esse creduntur. nichil aliud quam sperantur. Iam de amore quid dicam sine quo fides nichil prodest? Spes uero sine amore esse non potest. Denique ait apostolus iacobus. Et demones credunt: et contremiscunt. Nec tamen sperant uel amant. sed potius quod speramus et amamus. credendo uenturum esse formidant. Propter hoc apostolus paulus fidem que per dilectionem operatur approbat atque commendat: que utique sine spe non potest esse. Proinde nec amor sine spe est: nec sine amore spes. nec utrumque sine fide. ue.

Quod credulitas fidei christiane non in naturis rerum sed in creatoris bonitate consistat

Cum ergo queritur quid credendum sit quod ad religionem pertineat: non rerum natura ita rimanda est quemadmodum ab eis quos physicos greci uocant. Nec metuendum est. si aliquid de ui et numero elementorum. de motu atque ordine. et defectionibus siderum. de figura celi. de generibus et naturis animalium fruticum. lapidum fontium. fluminum. montium. de spatiis locorum et temporum. de signis imminentium tempestatum. et alia sexcenta de his rebus. quas illi uel inuenerunt. uel inuenisse existimant. christianus ignoret: quia nec ipsi omnia repperer. tanto excellentes ingenio. flagrantes studio. habundantes ocio. et quedam humana coniectura inuestigantes. quedam uero historica experientia perscrutantes. et in eis que se inuenisse

se gloriantur. plura opinantes potius quam scientes. Satis
est christiano rerum creatarum causam sive celestium sive terres-
trium. sive visibilium sive invisibilium. non nisi bonitatem cre-
dere creatoris. qui est deus unus et verus. nullamque esse naturam
que non aut ipse sit aut ab ipso. Eumque esse trinitatem. patrem scilicet
filium a patre genitum. et spiritum sanctum ab eodem patre procedentem. sed
unum eundemque spiritum patris et filii.

x. Qualia bona sint que a summa trinitate creata sunt.

Ab hac summe et equaliter et immutabiliter bona
trinitate creata sunt omnia. nec summe nec equaliter nec
immutabiliter bona sint. sed tamen bona etiam singula. Simul vero
universa valde bona. quia ex omnibus consistit universita-
tis admirabilis pulcritudo.

xi. Qualiter deus malum ordinet et quod est diffinitio mali

In qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum et
loco suo positum. eminentius commendat bona ut magis
placeant et laudabiliora sint. dum comparantur malis. Neque
enim deus omnipotens et quod etiam infideles fatentur rerum cui summa
potestas est cum summe bonus sit ullo modo sineret mali quicquam esse
in operibus suis. nisi usque adeo esset omnipotens et bonus ut bene faceret et
de malo. Quid est autem aliud quod malum dicitur. nisi privatio boni.
nam sicut corporibus animalium nichil est aliud morbis et vul-
neribus affici. quam sanitate privari neque enim id agitur cum adhibetur
curatio. ut mala illa que inerant. id est morbi ac vulnera re-
cedant hinc et alibi sint sed utique ut non sint. non enim ulla
substantia sed carnalis substantie vitium est vulnus aut morbus;

cum caro sit ipsa substantia, profecto aliquid bonum
cui accidunt ista mala, id est privationes eius boni quod dicitur sa
nitas. Ita etiam et animorum quecumque sunt vicia naturalium sunt
privationes bonorum. Que cum sanantur non aliquo transferun
tur; sed ea que ibi erant nusquam erunt quando in illa sanitate
non erunt. XII. Bonas esse omnes naturas a summo bono factas quibus corruptio nocet.

Nature igitur omnes quoniam naturarum prorsus omnium conditor summe bonus est bone sunt; sed quia non sicut earum conditor summe atque incommutabiliter bone sunt, ideo in
eis et minui bonum et augeri potest. Sed bonum minui malum est.
Quamvis quantumcumque minuatur, remaneat aliquid necesse est si
adhuc natura est unde natura sit. Neque enim si qualiscumque et quan
tulacumque natura est consumi bonum quod natura est nisi et ipsa consumatur
potestatis. Merito quippe natura incorrupta laudatur. Porro si
et incorruptibilis sit que corrumpi omnino non possit, multo
est procul dubio laudabilior. Cum vero corrumpitur, ideo malum eius est corrup
tio, quia eam qualicumque privat bono. Nam si nullo bono privat non
nocet. Nocet autem adimendo bona. Quamdiu igitur natura corrumpitur,
inest ei bonum quo privetur. Ac per hoc si nature aliquid remanebit quod
iam corrumpi nequeat, profecto natura incorruptibilis erit; et ad
hoc tam magnum bonum corruptio perveniet. At si corrumpi non
desinet, nec bonum habere utique desinet quo eam possit privare
corruptio. Quam si penitus totamque consumpserit, ideo nullum bonum
inerit, quia natura nulla erit. Quocirca bonum consumere corruptio

non potest. nisi consumendo naturam. Omnis ergo natura bonum est: magnum si corrumpi non potest. parvum si potest. Negari tamen bonum esse: nisi stulte atque imperite prorsus non potest. Quae si corruptione consumitur nec ipsa corruptio remanebit nulla ubi esse possit subsistente natura.

XIIII. Quod nullum possit esse malum si nullum sit bonum. et quod hec asertio sententie prophetice non sit contraria.

Ac per hoc nullum est quod dicitur malum, si nullum sit bonum. Sed bonum omni malo carens, integrum bonum est. Cui vero inest malum. vel viciatum vel vitiosum bonum est. Nec malum umquam potest esse ullum. nisi ubi est bonum ullum. Unde res mira conficitur ut quia omnis natura in quantum natura est bonum est. nichil aliud dici videatur cum vitiosa natura mala esse natura dicitur: nisi malum esse quod bonum est. nec malum esse nisi quod bonum est. quoniam omnis natura bonum est. Nec res aliqua mala esset: si res ipsa que mala est natura non esset. Non ergo potest esse malum: nisi aliquod bonum. Quod cum dici videatur absurde: connexio tamen ratiocinationis huius velut inevitabiliter nos compellit hoc dicere. Et cavendum est. ne incidamus in illam propheticam sententiam ubi legitur. Ve his qui dicunt quod bonum est malum: et quod malum est bonum. Qui dicunt tenebras lucem: et lucem tenebras. qui dicunt dulce amarum: et amarum dulce. Et tamen dominus ait. Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quid est autem malus homo. nisi mala natura. quia homo natura est.

Porro si homo aliquod bonum est: quia natura est. quid est malus homo

non malum bonum; tamen cum duo ista discernimus
invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum
quia iniquus est, sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Quis-
quis ergo dicit malum esse hominem esse, aut bonum esse iniquum esse,
ipse incidit in propheticam illam sententiam. Ve his qui dicunt quod
bonum est malum, et quod malum est bonum. Opus enim dei culpat
quod est homo, et vicium hominis laudat quod est iniquitas.
Omnis itaque natura etiam si viciosa est, inquantum natura est
bona est, inquantum viciosa est mala est. xiiii. Quod in bonis ac
malis sibimet contrariis dialecticorum regula deficiat, et quod sit corruptio, et
quod ex bonis mala orta sunt.

Quapropter in his contrariis que mala et bona vocantur illa
dialecticorum regula deficit qua dicunt nulli rei
duo simul inesse contraria. Nullus enim aer simul est et tene-
brosus et lucidus. Nullus cybus aut potus simul dulcis et ama-
rus. Nullum corpus simul ubi album ibi et nigrum. Nullum
simul ubi deforme ibi et formosum. Et hoc etiam in multis
ac pene in omnibus contrariis reperitur, ut in una re simul
esse non possint. Sed mala omnino sine bonis et nisi in bonis
esse non possunt, quamvis bona sine malis possunt. Potest
homo enim vel angelus non esse iniustus. Iniustus autem non
potest esse nisi homo vel angelus, et bonum quod homo, bonum quod
angelus, malum quod iniustus. Et hec duo contraria ita simul
sunt, ut si bonum non esset in quo esset, prorsus nec esse malum
potuisset, quia non modo ubi consisteret, sed unde oriretur

Cum autem bona et ma-
la nullus ambigit
esse contraria, non solum
simul esse possunt

Q̄ n̄ bon̄ eēt nec corrupet̄ :

corruptio non haberet. n̄ eēt q̄d corrupet̄ ; quin nichil est. aliud corruptio quā boni exterminatio. Ex bonis ḡ mala orta sunt : ꝛ n̄ maliq̄bȝ bonis non sint. Nec erat unde oriretur : ulla mali natura. Nam si eēt. in quantū natura eēt. pfecto bona eēt. ꝛ aut incorruptibilis natura magnū eēt bonū : aut etiā natā corruptibilis nulloīn eēt. n̄ aliq̄d boni. q̄d bonū corrūpendo possit ei noce corruptio ;

Q̄m n̄ scontriū dnice sententie q̄ dic̄ n̄ p̄ arbor bona fruct̄ malos face. cū dicunt̄ mala

Sed cum mala ex bonis eē orta ex bonis eē orta ; dicim̄. non putet̄ hoc dnice sententie refragari qua dicit. Non potest arbor bona fruct̄ malos facere. Non potest enī sic̄ ueritas ait. colligi uua de spinis. ſȝ ex bona t̄ra ꝛ uites nasci posse uidem̄ ꝛ spinas. ex eodem modo tanq̄m arbor mala fructus bonos face. idest opera bona non potest facere uoluntas mala ; Sȝ ex bona natā hominis oriri uoluntas ꝛ bona potest et mala. nec fuit p̄rsus unde p̄mit̄ orire uoluntas mala : n̄ ex angli ꝛ hominis natura bona. Quod ꝛ ipse dn̄s in eodem loco ubi de arbore ꝛ fructibȝ loquebat̄ aptissime ostendit. Ait enī. Aut facite arborē bonā. ꝛ fructū ei bonū : aut facite arborē malā ꝛ fructū ei malū. Satis admonens. ex arbore q̄d bona malos. aut ex mala bonos nasci fructus non posse : ex ipsa tamē t̄ra cui loq̄bat̄ utrāq; arborē posse ;

q̄a n̄ p̄ nasci uua de spinis

.xvi. Non pertinere ad beatitudinem consequendam scire causas in mundo cor-

Quae cum ita sint, quando nobis Maronis ille versus placet: Felix qui potuit rerum cognoscere causas, non nobis videatur ad felicitatem consequendam pertinere, si sciamus causas in mundo corporalium motionum magnarum, quae abditissimis naturae finibus occuluntur, unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant obicibus ruptis rursusque in se ipsa resideant aequora, et cetera huiusmodi. Sed bonarum et malarum rerum causas nosse debemus, et id hactenus, quatenus eas homini in hac vita erroribus erumpnisque plenissima ad eosdem errores et erumpnas evadendas nosse conceditur. Ad illam quippe felicitatem est tendendum, ubi nulla quatiamur erumpna, nullo errore fallamur. Nam si causae corporalium motionum noscendae nobis essent, nullas magis nosse quam nostrae valitudinis deberemus. Cum vero eis ignoratis medicos quaerimus, quis non videat quid de secretis caeli et terrae nos lateat quanta sit patientia nesciendum?

.xvii. Disputatio qualiter error caveri possit.

Quamvis enim error quantum possumus cavendus sit, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non est tamen consequens ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis existimet scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod erroris est proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in una eademque re et nescienti

scientem et errantem non errantem. recta racione preponimus. In di
uersis autem rebus. id est. cum iste sciat alia. ille alia. et iste uti
liora. ille minus utilia. uel etiam noxia. quis non in eis que
ille scit ei preferat nescientem? Sunt enim quedam que nescire
quam scire sit melius. Item non nullis errare profuit aliquando.
sed in uia pedum. non in uia morum. Nam nobis ipsis accidit
ut in quodam biuio falleremur et non iremus per eum locum ubi opperiens
transitum nostrum donatistarum manus armata obsederat. Atque
ita factum est. ut eo quod tendebamus per deuium circuitum
ueniremus. cognitisque insidiis illorum. nos gratularemur
errasse atque inde gratias ageremus deo. Quis ergo sic errantem uiatorem sic erran
tem sic non erranti latroni preponere dubitauerit? Et
fortasse apud illum summum poetarum loquens quidam miser
amator. ut uidi inquid. ut perii ut me malus abstulit
error. Quoniam est et error bonus. qui non solum nichil obsit. uer
etiam prosit aliquid. sed diligentius considerata ueritate. cum ali
ud nichil sit errare. quam uerum putare quod falsum est. falsumque
quod uerum est. uel certum habere pro incerto. incertumue pro certo.
siue falsum siue sit uerum. idque tam sit in animo deforme
atque indecens. quam pulchrum ac decorum esse sentimus. uel in lo
quendo uel in assentiendo. est. est. non non. Profecto et hoc ip
sum est. unde uita misera ista. quia nonnumquam. quod ei non iniquum ut
non amittatur. error est necessarius. Absit ut talis sit illa

uita. ubi est anime nostre ipsa ueritas uita. ubi nemo fal
lit. fallitur nemo. Hic autem homines fallunt. atque falluntur.
miserioresque sunt cum mentiendo fallunt. quam ~~cum mentien~~
~~do fallunt~~ quam cum mentientibus credendo falluntur. Usque adeo
tamen rationabilis natura. refugit falsitatem. et quantum
potest deuitat errorem. ut falli nolint. etiam quicumque amant
fallere. Non enim sibi qui mentitur errare uidetur. sed alium in
errorem mittere credentem sibi. Et in ea re quidem non errat quam men
dacio contegit. si nouit ipse quid uerum sit. Sed in hoc fallitur quod putat sibi
non obesse mendacium cum magis facienti quam patienti obsit. omne peccatum ~~Questio difficillima utrum ad offi~~

aliquando mentiri Verum hic difficillima et latebrosissima hominis iusti pertineat.
gignitur questio. de qua iam grandem librum cum respon
dendo nos necessitas urgeret absoluimus. utrum ad officium
hominis iusti pertineat aliquando mentiri. Non nulli enim
eo usque progrediuntur. ut et periurare de rebus ad dei cultum pertinen
tibus. ac de ipsa dei natura falsum aliquid dicere non numquam bonum
piumque opus esse contendant. Michi autem uidetur peccatum quidem esse
omne mendacium sed multum interesse quo animo et de quibus
rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat qui consulendi quomodo
ille qui nocendi uoluntate mentitur. Aut uero tantum nocet qui uiato
rem mentiendo in diuersum iter mittit. quantum his qui uiam
uite mendacio fallente deprauat. Nemo sane mentiens
iudicandus est. qui dicit falsum quod putat uerum. quoniam quantum

in ipso est. non fallit ipse sed fallitur. non itaque mendacii sed
aliquanto temeritatis arguendus est. qui falsa incauta credita pro
ueris habet potiusque e contrario quantum in ipso est ille mentitur
qui dicit uerum quod putat falsum. Quantum enim ad animum
eius attinet quia non quod sentit hoc dicit non uerum dicit. quamuis
uerum inueniatur esse quod dicit. nec ullo modo liber est a mendacio
qui ore nesciens uerum loquitur. sciens autem uoluntate mentitur.
Non consideratis itaque rebus ipsis de quibus aliquid dicitur sed sola in
tentione dicentis. Melior est qui nesciens falsum dicit quoniam id
uerum putat quam qui menciendi animum sciens gerit nesciens
uerum esse quod dicit. Ille namque non aliud habet in animo ali
ud in uerbo. huic uero qualecumque ipsum in se sit quod ab eo dicitur aliud
tamen clausum in pectore aliud in lingua promptum est. quod ma
lum est proprium mencientis. In ipsarum autem que di
cuntur consideratione rerum. tantum interest qua in re quisque
fallatur siue menciatur. ut cum falli quam mentiri minus
sit malum quantum pertinet ad hominis uoluntatem. tam longe
sit tolerabilius in his que a religione sunt seiuncta men
tiri quam in his sine quorum fide uel noticia deus coli non
potest falli. Quod ut illustretur exemplis intueamur quale
sit si quispiam cui mentitur uiuere nunciet aliquem mortuum
et alius dum fallitur credat iterum Christum post quaelibet lon
ga tempora moriturum. nonne illo modo mentiri quam isto
modo falli incomparabiliter prestat? Multoque mino

ris

mali est, in nullum errorem aliquem inducere. quamvis in istum
ab aliquo induci. **xix. Quibus in rebus fallamur.**
In quibusdam quippe rebus magno, in quibusdam parvo, in quibusdam nullo
malo. In quibusdam etiam non nullo bono fallimur. nam magno
malo fallitur homo, cum hoc credit quod ad vitam ducit aeternam. /hoc/

credit quod ad mortem ducit aeternam;

Parvo autem malo fallitur, qui falsum pro vero approbando incidit
in aliquas molestias temporales, quas tamen adhibita fideli pa-
tientia, convertit in usum bonum. velut si quisquam bonum
hominem putando qui malus est, aliquid ab eo patiatur mali. **xx.**
Si quis de malo homine bene senserit. id est in similibus fallitur.
Qui vero malum hominem ita bonum credit, ut ab eo nihil
patiatur mali, nullo malo fallitur. nec in eum cadit
illa prophetica detestatio. Vae his qui dicunt quod malum est bonum.
De ipsis enim rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus dictum intel-
ligendum est. Unde qui adulterium dicit bonum, recte arguitur illa
voce prophetica. Qui vero ipsum hominem dicit bonum quem putat cas-
tum, nesciens adulterum, non in doctrina rerum bonarum et malarum,
sed in occultis humanarum fallitur morum. vocans homi-
nem bonum in quo putat esse quod esse non dubitat bonum.
et dicens malum adulterum, et bonum castum. sed hunc bo-
num dicens, nesciendo adulterum esse non castum. Porro si
per errorem evadit quisque perniciem, sicut superius dixi nobis
in itinere contigisse, et boni aliquid homini error confert.
sed cum dico in quibusdam rebus nullo malo aliquem vel non nullo

etiam bono falli. Non ipsum errorem dico nullum malum
uel non nullum bonum, sed malum nullum quo non uenitur, uel bonum
quo uenitur errando. Id est ex ipso errore quod non eueniat
uel quod proueniat. Nam ipse per se ipsum error aut magnum
in re magna aut paruum in re parua, tamen semper est malum.
Quis enim nisi errans malum neget approbare falsa pro ueris,
aut improbare uera pro falsis, aut habere incerta pro certis, uel etiam
pro incertis? Sed aliud est hominem malum putare qui bonus est, quod est
erroris, et aliud est ex hoc malo aliud malum non pati, si nihil
nocet homo malus qui est putatur bonus. Item aliud est ipsam
uiam putare que non est ipsa, et aliud est ex hoc erroris malo
aliquid boni consequi, ut uitare est ab insidiis malorum hominum
liberari. Nescio sane utrum etiam huius sit modus erroris cum
homo de malo homine bene sentit qualis sit nesciens.
aut per eas que presentibus corporis captibus occurrunt similia
que per spiritum tamquam in corpore aut corpore tamquam spiritu sentiun-
tur; qualem se putabat esse apostolus Petrus, quando se existimabat
uisum uidere repente de claustris et uinculis per angelum liberatus.
aut in ipsis rebus corporeis leue putatur esse quod asperum est aut
dulce quod amarum est, aut bene olere quod putridum est, aut tona-
re cum rheda transit, aut illum esse hominem cum alius sit, quando duo
sibi sunt simillimi quod in geminis sepe contingit. Unde ait ille.
Gratusque parentibus error. et cetera talia etiam peccata dicenda sint;
Hec questio nodosissima que homines acutissimos achademicos

torsit. nunc in enodanda suscepta est. utrum
aliquid debeat sapiens approbare ne incidat in errorem
si pro uero approbauerit falsa cum omnia sicut affirmant
uel occulta sunt uel incerta. Unde tria cum feci uolumi
na initio conuersionis mee. ne impedimento nobis essent
que tamquam in ostio contradicebant. Et utique fuerat re
mouenda inueniende desperatio ueritatis que illorum
uidetur argumentationibus roborari. Apud illos ergo omnis error
putatur esse peccatum. quod uitari posse contendunt. nisi omnis suspen
datur assensio. Errare quippe dicunt eum quisquis assentitur
incertis. nichilque certum esse in hominum uisis. propter indiscretam
similitudinem falsi. etiam si id quod uidetur forte sit uerum. Acutis
simis quidem. sed impudentissimis conflictationibus disputantes.
Apud nos autem iustus ex fide uiuit. At si tollatur assensio et
fides tollitur. quia sine assensione nichil creditur. Et sunt uera quamuis non
uideantur. Que nisi credantur ad uitam beatam que nisi eterna est non
potest perueniri. Cum istis utrum loqui debeamus ignoro. qui non solum
uicturos in eternum. sed in presentia se uiuere nesciunt. immo nescire
se dicunt. quod nescire non possunt. Neque enim quisque sinitur nesci
re se uiuere. quandoquidem si non uiuit non potest aliquid uel nescire.
Quoniam non solum scire uerum etiam nescire uiuentis est. Sed uidelicet non
assentiendo quod uiuant cauere sibi uidentur errorem. cum etiam
errando conuincantur uiuere. quoniam non potest errare qui non uiuit. Sicut
ergo nos uiuere non solum uerum sed etiam certum est. ita uera

etiam incerta sunt multa quibus non assentiri, absit ut sapientia
potius quam dementia nominanda sit; XXI. In quibus errantes non
peccemus quamvis adhuc vite miserias error ipse pertineat;

In quibusdam autem rebus nichil interest ad capessendum dei regnum
utrum credantur an non, vel utrum vera sive sint sive putentur
an falsa. In his errare id est aliud pro alio putare non arbitrandum
esse peccatum, aut si est minimum esse atque levissimum. Postremo qualecumque
illud et quantumcumque sit ad illam viam non pertinet qua imus
ad deum que via fides est Christi que per dilectionem operatur. Neque enim ab hac
via deviabat ingeminis filiis gratus ille parentibus error aut ab h-
ac via deviabat apostolus Petrus se existimans visum videre, aliud pro alio
sic putabat, ut ad corporum imaginibus in quibus se esse arbitrabatur
vera in quibus erat corpora non dinosceret: nisi cum ab illo angelus per quem
fuerat liberatus abscessit. Aut ab hac via deviabat Iacob patriar-
cha quando viventem filium a bestia credebat occisum. In his atque
huiusmodi falsitatibus salva fide que in deum nobis est fallimur et via non
relicta que ad illum nos ducit erramus; Qui errores etiam si peccata
non sunt tamen in malis huius vite deputandi sunt que ita
subiecta est vanitati, ut approbentur hic falsa pro veris, respu-
antur vera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quamvis enim hec
ab ea fide absunt per quam ad veram certamque atque ad eternam beatitu-
dinem tendimus, ab ea tamen miseria non absunt in qua adhuc
sumus. Nullo modo quippe falleremur in aliquo vel animi vel corporis
sensu si tam vera illa atque perfecta felicitate frueremur;

Quoniam sit peccatum omne mendacium ut qualiter etiam illi quamvis
venialiter peccent qui non nisi pro salute hominis mentiuntur.

Porro autem omne mendacium ideo dicendum est esse pec-
catum. quia homo non solum quando scit ipse quod verum sit
sed etiam si quando errat et fallitur sicut homo. hoc debet loqui
quod animo gerit. sive illud verum sit. sive putetur et non sit. Om-
nis autem qui mentitur contra id quod animo sentit loquitur voluntate
fallendi. Et utique verba propterea sunt instituta. non per que se in-
vicem homines fallant sed per que in alterius quisque noticiam cogita-
tiones suas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam non ad quod sunt
instituta peccatum est. Nec ideo nullum mendacium putandum est
non esse peccatum. quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendum;
Possumus enim et furando. si pauperi cui palam datur sentit commodum.
et dives cui clam tollitur non sentit incommodum. Nec ideo tale fur-
tum quisquam dixerit non esse peccatum. Possumus et adulterando.
si aliqua nisi ad hoc ei consentiatur appareat amando moritura.
et si viveret penitendo purganda. Nec ideo peccatum negabitur tale
adulterium. Si autem merito nobis placet castitas. quid offendit
veritas. ut propter alienam utilitatem illa non violetur adulterando.
et violetur ista mentiendo? Non ideo mendacium aliquando potest
laudari. quia non nisi pro salute quorundam mentimur. Peccatum
ergo est si veniale. quod benivolentia excusat. non fallacia dap-
nat. Plurimum quippe ad bonum profecisse homines qui non nisi pro salute
hominis mentiuntur. non est negandum. Sed in eorum tali profectu

merito laudatur vel etiam temporaliter remuneratur benivo
lentia non fallacia. que ut ignoscatur satis est. non ut etiam
predicetur. maxime in heredibus testamenti novi. quibus dicitur. Sit in
ore vestro. est est. non. non. Quod enim amplius est a malo est. Propter
quod mala que subrepunt in hac mortalitate non desunt. etiam
ipsi coheredes christi dicunt. dimitte nobis debita nostra. XXIII.

Que sunt cause bonarum rerum et malarum.

His itaque pro huius brevitatis necessitate tractatis. quoniam
cause agnoscende sunt bonarum rerum et malarum quan
tum vie satis est. que nos perducat ad regnum. ubi erit vita
sine morte. sine errore veritas. sine perturbatione felicitas.
Nequaquam dubitare debemus rerum que ad nos pertinent bonarum
causam non esse nisi bonitatem dei. Malarum vero ab immutabili
bono deficientem boni mutabilis voluntatem. prius angeli hominis
postea. XXIIII. Quod sit primum racionalis creature malum vel
que hoc malum secuta sit.

Hoc primum est creature racionabilis malum. id est prima
privatio boni. deinde iam etiam nolentibus subintravit
ignorantia rerum agendarum et concupiscencia noxiarum. quibus
comites subinferuntur error et dolor. Que duo mala quando inmi
nencia senciuntur. ea fugitantis animi motus. vocatur metus.
Porro animus cum adipiscitur concupita. quamvis perniciosa vel inania. quoniam
id errore non sentit. vel delectatione morbida vincitur. vel vana etiam
leticia ventilatur. Ex his morborum non ubertatis sed indigencie tamquam

fontibus. omnis miseria nature racionabilis emanat. xxv.
Quod universis nature rationalis creatam beatitudinis appetitum non
amiserit. et quod homo non habeat penam propriam corporis mortem.
Que tamen natura universalis suis non potuit amittere
beatitudinis appetitum. Verum hec communia mala
sunt et hominum et angelorum pro sua malicia dampnatorum iusticia
dampnatorum. Sed homo habet penam propriam qui etiam corporis
morte punitus est. Mortis ei quippe supplicium deus comminatus
fuerat si peccaret. Sic eum remunerans libero arbitrio ut tamen
regeret imperio terreret exitio. atque in paradisi felicitate
tamquam in umbra vite. unde iusticia custodita in melio-
ra conscenderet collocavit. xxvi. Quod peccatum Ade origi-
Hinc post peccatum exul effectus naliter in posteros transierit.
stirpem quoque suam quam peccando in se tamquam
in radice viciaverat pena mortis et dampnationis obstri-
xit. ut quicquid prolis ex illo et simul dampnata per quam pecca-
verat coniuge per carnalem concupiscentiam in qua inobedien-
tie pena similis est retributa nasceretur. traheret. origina-
le peccatum. quo traheretur per errores doloresque diversos. ad illud
extremum cum desertoribus angelis viciatoribus et possesso-
ribus et consortibus suis sine fine supplicium. Sic per unum homi-
nem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors. et ita in
omnes homines pertransiit. in quo omnes peccaverunt. Mundum
quippe appellavit eo loco apostolus universum genus humanum.

xxvii. Qualiter humani generis massa ex uno cum iacebat
in malis luens cum desertoribus angelis iustissimas penas.
manente tamen in eis bonitate creatoris.

Ita ergo se res habebat. iacebat in malis. uel etiam uol
uebatur & de malis in mala precipitabatur totius generis
humani massa dampnata & adiuncta parti eorum qui
peccauerant angelorum. luebat impie desertionis dignissi
mas penas. Ad iram quippe dei pertinet iusta. quicquid ceca
& indomita concupiscentia faciunt libenter mali & quicquid
apertis manifestisque penis patiuntur inuiti. Non sane creatoris
desistente bonitate & malis angelis subministrare uitam
uiuacemque potentiam. que subministratio si auferatur interci
dunt. Et hominum quamuis de propagine uiciata. dampnataque
nascentium formare semina & animare & ordinare membra
per temporum etates. per locorum spacia. uegetare sensus alimenta
donare. Melius enim iudicauit de malis benefacere quam mala nulla
esse permittere. Et siquidem in melius hominum reformationem nullam
prorsus esse uoluisset; sicut impiorum nulla est angelorum. nonne merito
fieret. ut natura que deum deseruit. que preceptum sui crea
toris quod custodire facillime posset; sua male utens potestate
calcauit. atque transgressa est. que in se sui conditoris
imaginem ab eius lumine contumaciter auersa uiolauit.
que salubrem seruitutem ab eius legibus male libero abrupit
arbitrio. uniuersa in eternum desereretur ab eo. ut pro suo merito

penam penderet sempiternam. Plane ita fecit si tantum iustus. non
etiam misericors esset. suamque indebitam misericordiam multo evidentius in
indigniorum potius liberatione monstraret. xxxiii. Quod quibusdam angelis
cadentibus per superbiam residui certissimam stabilitatem perceperunt beatitudinis.

Rebellis igitur aliquibus impia superbia deserentibus Cnis acceperunt
deum. et inhabitantibus unam caliginem de superna celesti
habitatione deiectis residuus numerus angelorum inconcussa
cum deo beatitudine et securitate permansit. Neque enim ex uno
angelo lapso atque damnato ceteri propagati sunt. ut eos sicut
homines originale malum obnoxie successionis vinculis
obligaret. atque universos traheret ad debitas penas. Sed
eo qui diabolus factus est. cum sociis impietatis. elato. et
ipsa cum eis elatione prostrato ceteri pia obedientia deo coheserunt.
accipientes etiam quod illi non habuerunt certam scientiam qua essent
de sua sempiterna et nunquam casura stabilitate securi. Placuit
namque universitatis creatori atque moderatori deo. ut quia non
tota multitudo angelorum deum deserendo periret. ea que
periret in perpetua perditione remaneret. Que autem cum deo illa
deserente persisteret. de sua certissime cognita semper futura
felicitate gauderet. xxxiiii. Quod numerus angelorum bonorum
qui diminutus est per ruinam malorum ex hominibus suppleatur. et quod hic nu-

Alia vero creatura rationalis que merus solummodo deo sit notus.
in hominibus erat. quia peccatis atque
suppliciis et originalibus et propriis tota perierat ex eis parte repara-

quod angelice societatis ruina illa diabolica minuerat suppleretur.
hoc enim promissum est resurgentibus sanctis. quod erunt equales angelis dei.
Ita superna Ierusalem mater nostra ciuitas dei. nulla ciuium suorum numerositate
fraudabitur. aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim
numerum aut sanctorum hominum. aut inmundorum demonum nouimus.
in quorum locum succedentes filii sancte matris que sterilis apparebat in
terris. in ea pace de qua illi ceciderunt sine ullo temporis termino per
manebunt. Sed illorum ciuium numerus siue qui est siue qui futurus
est in contemplatione est eius artificis qui uocat ea que sunt. non tam
quam ea que sunt. atque in mensura et numero et pondere cuncta
disponit. Quod nec propriis operibus nec per liberum arbitrium sed per filium
dei liberari possit humanum genus

Verum hec pars generis humani cui liberationem dominus
regnumque promittit eternum. Numquid meritis operum suorum
reparari potest? absit. Quid enim boni operari potest perditus nisi quantum
fuerit a perditione liberatus? Numquid libero arbitrio uoluntatis?
Et hoc absit. Nam libero arbitrio male utens homo et se perdidit
et ipsum. Sicut enim qui se occidit. utique uiuendo se occidit. sed se
occidendo non uiuit. nec se ipsum poterit resuscitare cum occiderit:
ita cum libero peccaretur arbitrio. uictore peccato amissum est liberum
arbitrium. A quo enim quis deuictus est: huic et seruus addictus est. Petri
certe apostoli est ista sententia. Que cum uera sit. qualis queso potest ser
ui addicti esse libertas. nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim
seruit. qui sui domini uoluntatem libenter facit; ac per hoc et ad peccandum

liber est. qui peccati servus est. Proinde ad iuste faciendum
liber non erit. nisi a peccato liberatus esse iustitiae ceperit servus. Ipsa
est vera libertas propter recte faciendi licentiam. simul et pia ser-
vitus propter precepti obedientiam. Sed ad bene faciendum ista libertas
unde erit homini addicto et vendito nisi redimat cuius illa vox
est. Si vos filius liberaverit. tunc vere liberi eritis. Quod antequam
fieri in homine incipiat. quomodo quisquam de libero arbitrio etiam
bono glorietur opere. qui nondum est. liber ad operandum bene nisi se va-
na superbia inflatus extollat. Quam cohibet apostolus dicens gratia
salvi facti estis per fidem. **XXXI. Quod etiam fidem qua bona opera**
Et ne ipsam sibi saltem **fiunt gratie tribuat.**
fidem sic arrogarent. ut non intelligerent
divinitus esse donatam. sicut idem apostolus alio loco se dicit. ut
fidelis esset misericordiam consecutum. hic quoque adiunxit atque
ait. Et hoc non ex vobis. sed dei donum est. non ex operibus. ne forte quis
extollatur. Et ne putarentur fidelibus bona opera defutura rursus
adiecit. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Ihesu in operibus
bonis. que preparavit deus ut in illis ambulemus. Tunc ergo
efficimur vere liberi cum deus nos fingit. id est. format et creat.
non ut homines quod iam fecit. sed ut boni homines simus quod nunc
gratia sua facit. ut simus in Christo nova creatura. secundum quod dictum
est. Cor mundum crea in me deus. Neque enim cor eius quantum attinet
ad naturam cordis humani. non iam creaverat deus. **XXXII. Quod**
deus sit qui operatur in nobis et velle et perficere sicut apostolus multiplicat

Ipredicat. et omnis diuina scriptura testatur.
teron nequisquam et si non de operibus de ipso glorietur. libero
uoluntatis arbitrio tamquam ab ipso incipiat meritum. cui
tamquam debitum reddatur premium bene operandi ipsa libertas.
audiat eundem gratie preconem dicentem. Deus est enim qui operatur
in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate. Et alio loco. Igi
tur non uolentis neque currentis. sed miserentis est dei. Cum procul
dubio si homo eius etatis est. ut ratione iam utatur. non possit
credere. sperare. diligere. nisi uelit. nec peruenire ad palmam
superne uocationis. nisi uoluntate cucurrerit. quomodo ergo non
uolentis. neque currentis. sed dei miserentis est. nisi quia et ipsa
uoluntas. sicut scriptum est a domino preparatur. Alioquin si propterea
dictum est. non uolentis neque currentis. sed miserentis est dei. quia
ex utroque fit. id est. ex uoluntate hominis et misericordia dei. ut sic
dictum accipiamus. Non uolentis neque currentis. sed miserentis
est dei. tamquam diceretur non sufficit sola uoluntas hominis. si non
sit misericordia dei. Non ergo sufficit misericordia dei sola. si non sit etiam
uoluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est. non uolentis hominis neque cur
rentis sed miserentis dei est. quia id uoluntas hominis sola non implet.
cur non e contrario recte dicitur. non miserentis est dei. sed uolentis
hominis est. quia id misericordia dei sola non implet. Porro si nullus
dicere audebit christianus. non miserentis est dei. sed uolentis est hominis.
ne apostolo apertissime contradicat. Restat ut propterea recte dictum
intelligatur. non uolentis neque currentis. sed miserentis est dei. ut
totum detur deo. qui hominis uoluntatem bonam et preparat adiuuan
dam.

et adiuvat preparatam. Precedit enim bona voluntas hominis
multa dei dona, sed non omnia. Que autem non precedit
ipsa, in eis est et ipsa. Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis. et
misericordia eius preveniet me. et misericordia eius subsequetur me. Nolen
tem prevenit ut velit. volentem subsequitur ne frustra velit.
Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris utique nolentibus
pie vivere. nisi ut deus in illis operetur et velle? Itemque cur admone
mur petere. ut accipiamus. nisi ut ab illo fiat quod volumus a quo factum
est ut vellemus? Oramus ergo pro inimicis nostris. ut misericordia dei
preveniat eos. sicut prevenit et nos. Oramus autem pro nobis. ut mi
sericordia eius subsequatur nos. XXXIII. Quod iusta
dampnatione tenebatur sub ira dei genus humanum do
nec veniret mediator qui nos ab hac ira liberaret.
Tenebatur itaque iusta dampnatione genus humanum
et omnes erant ire filii, de qua scriptum est. Quoniam
omnes dies nostri defecerunt. et in ira tua defecimus. anni nostri
sicut aranea meditabuntur. De qua ira dicit etiam Iob. Homo
natus est ex muliere. brevis vite et plenus ire. De qua ira dicit
et dominus Ihesus. Qui credit in filium habet vitam eternam. Qui autem
non credit in filium. non habet vitam eternam. sed ira dei manet
super eum. Non ait veniet. sed manet. Cum hac quippe omnis homo
nascitur. propter quod dicit apostolus. Fuimus enim et nos natura filii ire sicut et
ceteri. In hac ira cum essent homines per originale peccatum tanto gravi
us et perniciosius quanto maiora vel plura insuper addiderunt.
necessarius erat mediator. hoc est reconciliator. qui hanc iram

sacrificii singularis cui erant umbre omnia sacrificia
legis et prophetarum oblatione placaret. Unde dicit apostolus;
Si autem cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii
eius. multomagis reconciliati nunc in sanguine ipsius salui erimus
ab ira per ipsum. Cum autem deus irasci dicitur. non eius significatur pertur
batio qualis est in animo irascentis hominis. sed ex humanis mo
tibus translato uocabulo. uindicta eius. que non nisi iusta est ire
nomen accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur deo et acci
pimus spiritum sanctum. ut ex inimicis efficiamur filii. Quotquot
enim spiritu dei aguntur. hi filii sunt dei. hec est gratia per ihesum christum
dominum nostrum. XXXIIII. De admirabili sacramento

De quo mediatore longum est. ut quantum mediatoris;
dignum est. tanta dicantur. quamuis ab homine digna dici non
possint. Quis enim hoc solum congruentibus explicet uerbis.
quod uerbum caro factum est et habitauit in nobis. ut crederemus
in dei patris omnipotentis unicum filium natum de spiritu sancto
et uirgine maria. Ita quippe uerbum caro factum est a diuini
tate carne suscepta. non in carnem diuinitate mutata. Carnem
porro hic hominem debemus accipere. a parte totum significante locuti
one. sicut dictum est. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.
id est. omnis homo. Nam nichil nature humane in illa suscep
tione fas est dicere defuisse. sed nature ab omni peccati nexu
omnimodo libere. non qualis de utroque sexu nascitur per con
cupiscentiam carnis cum obligatione delicti. cuius reatus regenera

tione

diluit. sed quale de uirgine nasci oportebat. quē fides matris non libido conciperet. Quod si uel nascente corrumperetur eius integritas. non iam ille de uirgine nasceretur. eumque falso quod absit natum de uirgine maria tota confiteretur ecclesia que imitans eius matrem cotidie parit membra eius et uirgo est. Lege si placet de uirginitate sancte marie meas litteras ad illustrem uirum: quem cum honore ac dilectione nomino uolusianum. xxxv. De duabus naturis in una filii dei persona consistentibus.

PRoinde xpc ihc dei filius est et deus et homo. Deus ante omnia secula. homo in nostro seculo. Deus quia dei uerbum; Deus enim erat uerbum. homo autem quia in unitatem personae accessit uerbo. anima rationalis et caro. Quo circa inquantum deus est. ipse et pater unum sunt. In quantum autem homo est; pater maior est illo. Cum enim esset unicus dei filius. non gratia sed natura. ut esset etiam plenus gratia factus est. et hominis filius idem ipse utrumque. ex utroque unus xpc. Qui cum in forma dei esset. non rapinam arbitratus est. quod natura erat. id est esse equalis deo exinaniuit autem se. accipiens formam serui. non amittens uel minuens formam dei; Ac per hoc et minor est factus. et mansit equalis. utrumque unus. sicut dictum est. Sed aliud est propter uerbum. aliud propter hominem. Propter uerbum equalis. propter hominem minor. Unus dei filius: idemque hominis filius. Unus hominis filius. idemque filius dei. Non duo filii dei. deus et homo. sed unus dei filius. Deus sine initio. homo a certo initio. dominus noster ihc xps; Quam sit euidens indicium abundantis gratie dei quod in homine xpo humana natura promeruit;

Hic omnino granditer et evidenter dei gratia commendatur. Quid
enim natura humana in homine christo meruit. ut in unitatem
persone unici filii dei singulariter esset assumpta? Que bona vo
luntas. cuius boni propositi studium. que bona opera precesserunt
quibus mereretur iste homo una fieri persona cum deo? Numquid quia
ante fuit homo. hoc ei singulare beneficium prestitum est. ut sin
gulariter promereretur deum? Nempe ex quo esse homo cepit. non
aliud cepit esse homo. quam dei filius. idemque hominis filius et hoc unice. et
propter deum verbum quod illo suscepto caro factum est utique deus. Ut quem
admodum est una persona quilibet homo. anima scilicet rationalis
et caro. ita sit christus una persona verbum et homo. Unde nature humane
tanta gloria nullis precedentibus meritis sine dubitatione gratuita.
nisi quia magna hic et sola dei gratia fideliter et sobrie considerantibus eviden
ter ostenditur. ut intelligant homines per eandem gratiam iustificari
se a peccatis per quam factum est ut homo christus nullum posset habere peccatum;
Sic et eius matrem angelus salutavit. quando ei futurum annuntiavit
hunc partum. Ave inquid gratia plena. Et paulo post. invenisti enim
gratiam apud deum. Et hec quidem gratia plena. et invenisse apud
deum gratiam dicitur. ut domini sui immo omnium domini mater esset. De ipso
autem christo cum iohannes euangelista dixisset. et verbum caro factum est et habitavit
in nobis et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre
plenum gratie et veritatis. Quod ait verbum caro factum est. hoc est plenum
gratie. Quod ait gloriam unigeniti a patre hoc est plenum veritatis;
Veritas quippe ipsa unigenitus dei filius non gratia sed natura suscepit

hominem

tanta unitate persone, ut idem ipse esset etiam hominis filius.

XXXVII. Quod gratia demonstretur in hoc quod de spiritu sancto natus dicitur.

Idem namque ihesus christus filius dei unigenitus, id est unicus, dominus noster natus est de spiritu sancto et virgine maria. Et utique spiritus sanctus dei donum est; quod quidem et ipsum est equalem donanti. Et ideo deus est et spiritus sanctus patre filioque non minor. Ex hoc ergo quod de spiritu sancto est secundum hominem nativitas christi, quid aliud quam ipsa gratia demonstratur? Cum enim virgo quesisset ab angelo quomodo fieret quod ei nunciabat, quoniam quidem virum illa non cognosceret, respondit angelus: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi; Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ioseph cum vellet eam dimittere, suspicatus adulteram quam sciebat non esse de se gravidam, tale responsum ab angelo accepit: Noli timere accipere mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.

id est quod tu esse de viro alio suspicaris de spiritu sancto est;

XXXVIII. Quod quamvis non sit consequens patrem hominis christi dici spiritum sanctum modus tamen ipse quo de illo et maria natus virgine est.

Numquid tamen ideo dicturi sumus patrem Et inexplicabiliter sit; hominis christi esse spiritum sanctum, ut deus pater verbum genuerit, spiritus sanctus hominem, ex qua utraque substantia christus unus esset, et dei patris filius secundum verbum, et spiritus sancti filius secundum hominem, quod eum spiritus sanctus tamquam pater eius de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? nec opus est ostendere disputando quanta alia sequantur absurda, cum hoc ipsum iam ita sit absurdum, ut nulle fideles aures id valeant sustinere. Proinde sicut confitemur, dominum nostrum

Iesus Christus, qui de Deo Deus, homo autem natus est de Spiritu sancto
et virgine Maria, ex utraque substantia, divina scilicet atque
humana, filius est unicus Dei patris omnipotentis, de quo procedit
Spiritus sanctus. Quomodo ergo dicimus Christum natum de Spiritu sancto, si non
eum genuit Spiritus sanctus? An quia fecit eum? Quoniam dominus noster Iesus
Christus in quantum Deus est, omnia per ipsum facta sunt. In quantum
autem homo, et ipse factus est, sicut apostolus dicit: Factus est ei ex
semine David secundum carnem. Sed cum illam creaturam quam virgo con-
cepit et peperit, quamvis ad solam personam filii pertinentem, tota
trinitas fecerit, neque enim separabilia sunt opera trinitatis, cur
in ea facienda solus Spiritus sanctus nominatus est? An et quando unus trium
in aliquo opere nominatur, universa opera trinitatis intelli-
gantur? Ita vero est et exemplis doceri potest. Sed non est in hoc diuti-
us immorandum. Illud enim movet quomodo dictum sit natus
de Spiritu sancto, cum filius nullo modo sit Spiritus sancti. Neque enim quia mun-
dum istum fecit Deus, dici eum fas est Dei filium, aut eum natum de Deo, sed
factum, vel creatum, vel conditum, vel institutum ab illo, vel si quid
huiusmodi recte possumus dicere. Hic ergo cum confiteamur natum de
Spiritu sancto et virgine Maria, quomodo non sit filius Spiritus sancti et sit filius virgi-
nis Mariae, cum et de illo et de illa sit natus, explicare difficile
est. Procul dubio quippe non sic de illo ut de patre, sic autem de il-
la ut de matre natus est. XXXVIIII. Exempla quibus osten-
ditur non semper dici filium quicquid de re aliqua nascitur et dici filium.

Non ergo concedendum est quicquid de aliqua re qua nascitur non
re nascitur, continuo eidem rei filium nuncupandum;

Ut eum omittam aliter de hoie nasci filiū. aliter capil
lum. peduclum. lubricū. quorū nichil est fili⁹. Ut g omittā h
tam. qui tante rei. deformit compant. certe qui nascunt
ex aqua 7 spū scō. non aque filios eos rite dixerit quispiā.
sed plane dicunt filii dei patris 7 matris ecclie. Sic g de spū
scō natus est filius dei patris; non sps sci. Nā 7 illud
qd de capillo 7 cetis diximus. ad hoc tantū ualet. ut ammo
neamur non omne qd de aliquo nascit etiā filiū ei de quo
nascit posse dici. sicut non omis qui dicunt alicui filii
consequens est. ut de illo etiā nati ee dicant sicut sunt qui
adoptant. Dicunt etiā filii gehenne non ex illa nati s;
in illam preparati sicut sunt filii regni q pparant in regnū;

*xl. Quod significans xpm ihm de spū scō ita natū. ut
insinuet gram qua ei humanitas nullis pcedentib; meri
in ipsa conceptione deo uerbo copulata est.*

Cum itaq; de aliquo nascat aliqd etiā non eo modo
ut sit fili⁹. nec rursus omis qui dicit fili de illo sit nat⁹.
cui dicit fili pfecto modus iste quo natus est xpc de spū
scō. non sicut fili⁹ de maria uirgine sicut filii insinuat nob gram
dei. qua homo nullis pcedentib; meritis in ipso exordio
nature sue quo ee cepit. uerbo deo copularet in tantam
psone unitatem. ut idem ipse eet fili dei. qui fili⁹
hois 7 fili hois qui filius dei. Ac sic in nature humane
susceptione fieret quodammō ipsa gra illi hoi naturalis. que
nullum peccm posset admittere; Que gra ppca p spm scm

fuerat significanda, quia ipse proprie sic est deus, ut dicatur
etiam dei donum. Unde sufficienter loqui si tamen id fieri potest ual
de prolixe disputationis est; xli. Quomodo christus nec originale nec
proprium habens peccatum factus sit tamen pro nobis ipse peccatum;

Nulla igitur uoluntate carnalis concupiscentie seminatus siue
conceptus, et ideo nullum peccatum originaliter trahens, dei
quoque gratia uerbo patris unigenito non gratia filio sed natura, in
unitate persone modo mirabili et ineffabili adiunctus
atque concretus, et ideo nullum peccatum et ipse committens, tamen
propter similitudinem carnis peccati, in qua uenerat dictus est
et ipse peccatum. sacrificandus ad diluenda peccata. In ueteri quippe
lege peccata uocabantur sacrificia pro peccatis. quod uere iste factus
est, cuius umbre erant illa, Hinc apostolus cum dixisset; obsecramus
pro christo reconciliari deo. continuo subiunxit atque ait. Eum qui non
nouerat peccatum pro nobis, peccatum fecit. ut nos simus iusticia dei in
ipso. Non ait ut in quibusdam mendosis codicibus legitur. his qui non
nouerat peccatum; pro nobis peccatum fecit, tamquam pro nobis christus ipse pec
cauerit. sed ait. Eum qui non nouerat peccatum, id est christum. pro nobis pec
catum fecit deus. cui reconciliandi sumus. hoc est sacrificium pro peccatis.
per quod reconciliari deo ualeremus. Ipse ergo peccatum ut nos iusticia
nec nostra sed dei. nec in nobis sed in ipso. sicut ipse peccatum. non suum
sed nostrum. nec in se sed in nobis constitutum similitudine carnis
peccati in qua crucifixus est demonstrauit; xlii. Quod mors et
resurrectio christi sacramentum baptismi significet;

Et qui peccatum ei non erat. ita quodammodo peccato moreretur. dum moritur carni in qua erat similitudo peccati. Et cum secundum uetustatem peccati numquam ipse uixisset. uitam ex morte ueteri qua in peccato mortui fueramus reuiuiscentem uitam nouam sua resurrectione signaret;

Ipsum est quod in nobis celebratur. magnum baptismatis sacramentum. Ut quicumque ad istam pertinent gratiam. moriantur peccato. sicut ipse peccato mortuus dicitur. quia mortuus est carni hoc est peccati similitudini. et uiuant de lauacro renascendo sicut ipse de sepulcro resurgendo. quamlibet corporis etatem gerant. XLIII. Quod generaliter omni etati necessarius sit baptismus Christi;

A paruulo enim recens nato usque ad decrepitum senem sicut nullus est prohibendus a baptismo. sed paruuli tantum originali. maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis quecumque male uiuendo addiderunt ad illud quod nascendo traxerunt;

ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo

XLIIII. Quoniam plerumque maiores singulari peccato mori dicantur in baptismo cum habeant insuper propria plura peccata. et econtrario paruuli in remissionem peccatorum baptizari dicantur.

Sed ideo etiam ipsi mori peccato plerumque dicuntur. cum procul dubio non uni sed multis peccatis omnibusque moriantur. quecumque iam propria commiserunt uel cogitatione uel locutione uel opere. quia etiam per singularem numerum pluralis numerus significari solet. Sicut ait ille uterumque armato

co milite complent. quamuis hoc multis militibus fecerint. Et in nostris litteris legitur. Ora ergo dominum ut auferat a nobis serpentem. non ait serpentes quos patiebatur populus ut hoc diceret. et innumerabilia talia. Cum uero et illud originale unum plurali numero significatur. quando dicimus in peccatorum remissionem baptizari paruulos. nec dicimus in remissionem peccati. illa est e contrario locutio qua per pluralem significatur numerus singularis. sicut in euangelio herode mortuo dictum est. mortui sunt enim qui querebant animam pueri. Non dictum est. mortuus est. Et in exodo. Fecerunt inquid sibi deos aureos. cum unum uitulum fecerint de quo dixerunt. hi sunt dii tui israel qui eduxerunt te de terra egypti. et hic pluralem ponentes pro singulari. xlv. Qualiter in illo uno peccato quod per unum hominem intrauit in mundum multa peccata.

Quamuis et in illo peccato uno. quod per unum hominem intrauit in mundum et in omnes homines pertransiit. Propter quod etiam paruuli baptizantur. possint intelligi plura peccata. si unum ipsum in sua quasi membra singula diuidatur. Nam et superbia est illic quia homo in sua potius esse quam in dei potestate dilexit. Et sacrilegium. quia deo non credidit. Et homicidium. quia se precipitauit in mortem. Et fornicatio spiritalis. quia integritas mentis humane serpentina suasione corrupta est. Et furtum quia cibus prohibitus usurpatus est. Et auaritia

quia plus quam illi sufficere debuit appetivit. Et
si quid aliud in hoc uno admisso diligenti considera-
tione inveniri potest. XLVI. Quod inmeriter non dicatur
peccatis parentum filios obligari nisi gratia et misericordia divina

Parentum quoque peccatis parvulos obligari non solum primorum hominum sed etiam suorum
de quibus ipsi nati sunt. non improbabiliter dicitur. Illa quippe
divina sententia. Reddam peccata patrum in filios tenet eos
utique antequam per regenerationem ad testamentum novum incipi-
ant pertinere. Quod testamentum prophetabatur. cum diceretur
per Ezechielem non accepturos filios peccata patrum suorum.
nec ulterius futuram in Israel parabolam istam. Patres man-
ducaverunt uvam acerbam. et dentes filiorum obstupuerunt.
Ideo enim quisque renascitur. ut solvatur in eo quicquid peccati est cum
quo nascitur. Nam peccata que male agendo postea
committuntur possunt et penitendo sanari. sicut etiam
post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est institu-
ta regeneratio. nisi quia viciosa est generatio. usque ad-
eo. ut etiam de legitimo matrimonio procreatus di-
cat. In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis
mater mea me in utero aluit. Neque hic dixit in
iniquitate vel in peccato cum et hoc recte dici posset.
sed iniquitates et peccata dicere maluit. quia et in illo uno
quod in omnes homines pertransiit. atque tam magnum est

ut eo mutaretur et converteretur in necessitatem mortis
humana natura, reperiuntur sicut supra disserui plura peccata.
Et alia parentum que non ita possunt mutare naturam,
reatu tamen obligant filios nisi gratuita gratia et miseri-
cordia diuina subueniat. **Capitulum 33. Non esse temere ad-
firmandum utrum peccata parentum usque ad patrem unius-
cuiusque an in tertiam aut quartam generationem an alio
aliquomodo inputentur.**

Sed de peccatis aliorum parentum quibus ab ipso
Adam usque ad patrem suum progenitoribus suis quisque
succedit, non inmerito disceptari potest utrum omnium
malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nasci-
tur implicetur, ut tanto peius quanto posterius quisque nas-
citur. An propterea deus in tertiam et quartam generationem de peccatis
parentum eorum posteris comminetur, quia iram suam quantum ad proge-
neratorum suorum culpas non extendit ulterius moderatione
miserationis sue, ne illi quibus regenerationis gratia non con-
fertur, nimia sarcina in ipsa sua eterna damnatione
premerentur si cogerentur ab initio generis humani omnium
precedentium parentum suorum originale peccata contrahere
et penas pro eis debitas pendere. An aliud aliquid de re tanta
scripturis sanctis diligentius perscrutatis atque tractatis uale-
ad ulterius non ualeat reperiri temere affirmare non audeo.

Ab originali peccato nullum posse saluari nisi per

mediatorem dei et hominum hominem ihesum christum;

Illud tamen unum peccatum quod tam magnum in loco et habitu
tante felicitatis admissum est ut in uno homine originaliter
atque ut ita dixerim radicaliter totum genus humanum dampna
retur, non solvitur ac diluitur nisi per unum mediatorem dei et
hominum ihesum christum, qui solus potuit ita nasci ut ei non opus
esset renasci; XLIX. Neminem renasci baptismate iohannis quod
christus humilitate sicut mortem dispensatione suscipere voluit;

Non enim renascebantur qui baptizabantur baptismate
iohannis a quo et ipse baptizatus est, sed quodam precursorio
illius ministerio qui dicebat. Parate viam domino huic
uni in quo solo renasci poterant parabantur. Huius enim baptis
mus est non in aqua tantum sicut fuit iohannis, verum etiam
in spiritu sancto, ut de illo spiritu regeneretur quisquis in christum credit.
de quo christus generatus regeneratione non eguit. Unde vox
illa patris que super baptizatum facta est ego hodie genui te,
non illum temporis diem quo baptizatus est, sed immutabilis eterni
tatis ostendit, ut illum hominem ad unigeniti personam perti
nere monstraret. Ubi enim dies nec hesterni fine inchoatur,
nec initio crastini terminatur; semper hodiernus est. In aqua ergo
baptizari voluit a iohanne, non ut eius iniquitas ulla dilueretur,
sed ut magna commendaretur humilitas. Ita quippe nihil
in eo baptismus quod ablueret, sicut mors nihil quod puniret

invenit: ut diabolus veritate iusticie. non violentia potestatis oppressus et victus: quoniam ipsum sine peccati ullo merito iniquissime occiderat. per ipsum iustissime amitteret quos peccati merito detinebat. Utrumque ergo ab illo. id est et baptismus et mors certe dispensationis causa. non miseranda necessitate. sed miserande potius voluntate susceptum est. ut unus peccatum tolleret mundi. sicut unus peccatum misit in mundum. hoc est in universum genus humanum;

L. Quod gratia Christi non solum originale peccatum. sed cuncta abstulit. que addita

Nisi quod ille unus unum peccatum misit in mundum invenit; iste vero unus non solum illud unum sed cuncta simul abstulit que addita invenit. Unde dicit apostolus. Non sicut per unum peccantem: ita est et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condempnationem. gratia autem ex multis delictis in iustificationem. quia utique illud unum quod originaliter trahitur. etiamsi solum sit obnoxios dampnationi facit. gratia vero ex multis delictis iustificat hominem. qui preter illud unum quod communiter cum omnibus originaliter traxerit. sua quoque propria multa commisit.

LI. Omnem ex Adam natum in Adam dampnatione detineri. et omnem in Christo renatum a dampnatione levari;

Verumtamen quod paulo post dicit. sicut per unius delictum in omnes homines ad condempnationem. ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vite. satis indicat ex Adam neminem natum nisi dampnatione

detineri. et neminem nisi in Christo renatum a dampnatione
liberari. LII. Qualiter misterium baptismi in cruce Christi
apostolus commendavit. in quo non solum maiores sed et parvu
e quia primi hominem pecca- et primum Culi salvantur;
De homine gratia. cum locutus fuisset quantum illi epistole sue loco
sufficere iudicavit. deinde facit baptismatis in cruce Christi grande
misterium commendavit. hoc modo ut intelligamus nichil aliud
esse Christi baptismum. nisi mortis Christi similitudinem. Nichil aliud autem
mortem Christi crucifixi. nisi remissionis peccati similitudinem. Ut
quemadmodum in illo vera mors facta est. sic in nobis vera remissio
peccatorum. Et quemadmodum in illo vera resurrectio. ita in nobis
vera iustificatio. Ait enim. Quid ergo dicemus? permanebimus
in peccato ut gratia abundet? Dixerat enim superius. Ubi abun
davit peccatum: superabundavit gratia. Et ideo questionem sibi
ipsi proposuit; utrum propter habundantiam gratie. consequenda
in peccato sit permanendum. Sed; respondit absit. atque subiecit:
Si mortui sumus peccato. quomodo vivemus in eo? Deinde ut osten
deret nos mortuos esse peccato. an ignoratis inquid. quia qui
cumque baptizati sumus in Christo Ihesu. in morte ipsius bapti
zati sumus? Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato.
quia in morte Christi baptizati sumus. profecto et parvuli qui
baptizantur in Christo peccato moriuntur. quia in morte ipsius bap
tizantur. Nullo enim excepto dictum est. Quicumque baptizati sumus
in Christo Ihesu. in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dictum est

ut probaretur mortuos nos esse peccato. Cui autem peccato paruuli
renascendo moriuntur. nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam
ad ipsos pertinet quod sequitur dicens; Consepulti sumus ergo illi per bap
tismum in mortem. ut quemadmodum surrexit christus a morte per gloriam
patris ita et nos in nouitate uitae ambulemus. Si enim complanta
ti facti sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis
erimus. Hoc scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est
cum illo. ut euacuetur corpus peccati. ut ultra non seruiamus peccato;
Qui enim mortuus est. iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus
cum christo credimus quia simul uiuemus cum illo. scientes quia
christus resurgens a mortuis iam non moritur: mors illi ultra non
dominabitur. Quod enim mortuus est peccato: mortuus est semel. Quod autem
uiuit. uiuit deo. Ita et uos existimate. uos mortuos. quidem uos
esse peccato. uiuere autem deo in christo ihesu. Hinc enim probare ceperat non
esse nobis permanendum in peccato ut gratia habundet. et dixerat. si mortui
sumus peccato. quomodo uiuemus in eo? Atque ut ostenderet mortuos
nos esse peccato. subiecerat. An ignoratis quoniam quicumque baptizati sumus
in christo ihesu. in morte ipsius baptizati sumus? Sic itaque totum
locum istum clausit ut cepit. Mortem quippe christi sic insin
uauit. ut etiam ipsum mortuum diceret esse peccato. Cui peccato nisi
carni. in qua erat non peccatum sed similitudo peccati et ideo nomine
appellata peccati? Baptizatis itaque in morte christi. in qua non
solum maiores uerum etiam paruuli baptizantur. ait sic et

Et uos;

id est quemadmodum christus. Sic et vos existimate vos mortuos esse peccato. vivere autem deo in christo ihesu. LIII. Quemadmodum ea que in cruce christi ac sepultura eius et resurrectione atque ascensione in celum eius et sessione ad dexteram patris gesta sunt vite christiane que hic geritur habeat figuram.

Quicquid igitur gestum est in cruce christi, in sepultura, in resurrectione tertia die, in ascensione in celum, in sede ad dexteram patris ita gestum est, ut his rebus non mystice tantum dictis, sed etiam gestis configuraretur vita christiana que hic geritur. Nam propter eius crucem dictum est, Qui autem ihesu christi sunt carnem suam crucifixerunt cum passionibus et concupiscentiis. Propter sepulturam. Consepulti enim sumus christo per baptismum in mortem. Propter resurrectionem. Ut quemadmodum christus resurrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vite ambulemus. Propter ascensionem in celum sedemque ad dexteram patris. Si autem resurrexistis cum christo que sursum sunt querite ubi christus est in dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite non que super terram. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum christo in deo. LIIII. Non pertinere ad hanc vitam quod christus ad vivos ac mortuos iudicandos venturus esse creditur.

Iam vero quod de christo confitemur futurum quin de celo venturus est et vivos ac mortuos iudicaturus, non pertinet ad vitam nostram que hic geritur, quia nec in rebus gestis

eius. sed in fine seculi gerendis. Ad hoc pertinet quod apostolus sequitur
ad uitam. Cum xpistus apparuerit uita uestra. tunc et uos ap
parebitis cum illo in gloria. LX. Duobus significari modis
quod uiuos ac mortuos iudicabit;

Duobus autem modis accipi potest. quod uiuos et mor
tuos iudicabit. siue ut uiuos intelligamus quos
hic non dum mortuos. sed adhuc in ista carne uiuentes
inuenturus est eius aduentus. Mortuos autem qui de corpore
prius quam ueniat ad iudicium exituri sunt. siue uiuos ius — exier t
tos. mortuos iniustos. quoniam iusti quoque iudicabuntur.
Aliquando enim iudicium dei ponitur in malo. Unde illud est. Qui
mala egerunt in resurrectione iudicii. Aliquando in bono. secundum
quod dictum est. Deus in nomine tuo saluum me fac. et in uirtu
te tua iudica me. Per iudicium quippe dei fit. ipsa bonorum
malorumque discretio. ut liberandi a malo. non perpendi cum — plectendi
malis boni ad dexteram segregentur. Propter quod ille clamat. Iudi
ca me deus. Et quasi quod dixerit uelut exponens et discerne inquid
causam meam de gente non sancta. LXI. De nominatione
spiritus dei sancti ut trinitas compleretur ordinatissime sancta ecclesia
subiuncta sit tamquam deo templum suum;

Cum autem de ihesu xpisto filio dei unico domino nostro quod ad
breuitatem confessionis pertinet dixerimus. adiungimus
sic credere nos et in spiritum sanctum ut illa trinitas compleatur
que deus est. deinde sancta commemoratur ecclesia. Unde datur intelligi ra
cionalem creaturam. ad iherusalem liberam pertinentem. post commemorationem

Cone

creatoris. i. summe trinitatis fuisse subdendam. Quia in quicquid

de homine Christo dictum est ad unitatem persone unigeniti per

tinet. Rectus itaque confessionis ordo poscebat. ut trinitati

subiungeretur ecclesia. tamquam habitatori domus sua et deo

et deo templum suum. et conditori civitas sua que tota hic

accipienda est non solum ex parte qua peregrinatur in terris.

a solis ortu usque ad occasum laudans nomen domini. et post cap

tivitatem vetustatis cantans canticum novum. Verum etiam

ex illa parte que in celis semper ex quo condita est cohe

sit deo. nec ullum mali sui casus experta est; hec in sanctis

angelis beata persistit et sue parti peregrinanti sicut oportebat

opitulatur. Quia utraque una erit in consortio eternitatis.

et nunc est in vinculo caritatis. Que tota instituta est

ad colendum unum deum. Unde nec tota nec ulla pars eius

se vult coli pro deo; nec cuiquam esse deus pertinenti ad templum

dei. quod edificatur ex his quos facit non factus deus. Ac per hoc

spiritus sanctus. si creatura non creator esset. profecto creatura ratio

nabilis esset. ipsa est enim summa creatura; et ideo in regula

fidei non poneretur ante ecclesiam quia et ipse ad ecclesiam

pertineret; In illa eius parte que in celis est. nec haberet templum

sed etiam ipse templum esset. Templum autem habet. de quo dicit

apostolus. Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti qui

in vobis est. quem habetis a deo? De quibus alio loco dicit;

Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi? Quomodo ergo deus non

est. qui templum habet. aut minor Christo est. cuius membra templum habet?

Neque enim aliud templum eius, aliud templum dei est, cum idem dicat apostolus. Nescitis quia templum dei estis? Quod ut probaret adiecit. et spiritus dei habitat in vobis? Deus ergo habitat in templo suo, non solum spiritus sanctus, sed etiam pater et filius qui etiam de corpore suo per quod factus est caput ecclesie que in hominibus est ut sit in omnibus ipse primatum tenens ait. Solvite templum hoc et post triduum suscitabo illud. Templum ergo dei hoc est totius summe trinitatis sancta est ecclesia, scilicet universa in celo et in terra; Lxi. Quod in ecclesia primitivorum que in celis est nullus sit malus ;

Sed de illa que in celo est affirmare quid possumus nisi quod nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps inde cecidit aut casurus est ex quo deus angelis peccantibus non pepercit, sicut scribit apostolus petrus, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos reservari;

Quid sentiendum sit de differentiis angelorum bonorum et utrum ad eandem societatem pertineant sol et luna

Quomodo autem se habeat et cetera sydera ;

Quomodo beatissima illa et superna societas, que ibi sint differentie prepositurarum, ut cum omnes tamquam generali nomine angeli nuncupentur sicut in epistola ad hebreos legimus; Cui enim aliquando angelorum dixit. Sede a dextris meis. Hoc quippe modo significavit omnes universaliter angelos dici, sint tamen illic archangeli, et appellentur virtutes, atque ita dictum sit Laudate eum omnes angeli eius: Laudate eum omnes virtutes eius. ac si diceret, (& utrum idem archangeli)

Laudate eum omnes angeli eius. Laudate eum omnes archangeli
eius. Et quid inter se distent quattuor illa vocabula quibus
universam illam ipsam celestem societatem videtur apostolus esse
complexus dicendo. sive sedes. sive dominationes. sive principatus.
sive potestates. dicant qui possunt. si tamen possunt probare
quod dicunt. Ego me ista ignorare confiteor. Sed ne illud
quidem certum habeo. utrum ad eandem societatem pertineant
sol et luna et omnia sydera. quamvis non nullis lucida esse
corpora non cum sensu vel intelligentia videantur. LVIIII.

Questio difficillima utrum vel qualia corpora angeli habeant.

Itemque angeli quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint
hominibus. ut non solum cernerentur verum etiam tangerentur. et
rursus non solida corpulentia. sed spiritali potentia quas-
dam visiones non oculis corporeis. sed spiritalibus vel
mentibus ingerant. ut dicant aliquid. non ad au-
rem forinsecus. sed intus in anima hominis etiam
ipsi ibidem constituti. sicut est scriptum in propheta-
rum libro. Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me.
Non enim ait loquebatur ad me. sed in me. ut appa-
reant et in somnis et colloquantur more somp-
niorum. Habemus quippe in evangelio. Ecce angelus domini appa-
ruit illi in somnis dicens. His enim modis velut
indicant se angeli contrectabilia corpora non habere.
Faciuntque difficillimam questionem quomodo patres eis pedes

lauerint. quomodo iacob cum angelo tam solida con-
trectatione luctatus sit. Cum ista queruntur et ea sic potest
quisque coniectat, non inutiliter exercentur ingenia, si ad-
hibeatur disceptatio moderata, et absit error opinantium
se scire quod nesciunt. Quid enim opus est ut hec atque huiusmodi
uel affirmentur ut negentur ut deffiniantur cum discrimine.
quando sine crimine nesciuntur?

**LX. Quod maxime
per dei gratiam dinoscendum sit cum se sathanas trans-
figurat in angelum lucis**

Magis opus est diiudicare atque dinoscere cum se sathanas
transfigurat uelut angelum lucis, ne fallendo ad aliqua
perniciosa seducat. nam quando sensus corporis fallit. mentem
uero non mouet, a uera recta que sententia qua quisque uitam
fidelem gerit. nullum est in religione periculum. ut cum se bonum
fingens ea facit, siue dicit. que bonis angelis congruunt
etiam si credatur bonus. non est error christiane fidei periculosus
aut morbidus. Cum uero per hec aliena ad sua incipit
ducere. tunc eum dinoscere nec ire post eum, magna et neces-
saria uigilantia est. Sed quoniam unusquisque hominum idoneus
est. omnes mortiferos dolos eius euadere. nisi regat atque tueatur
deus. ex ipsa rei huius difficultas adhoc est utilis. ne sit spes
sibi quisque aut homo. aut alter alteri. sed deus suis omnibus
id enim nobis potius expedire prorsus piorum ambigit nemo;

Quomodo habemus plenam noticiam celestis ecclesie et qualiter mors

Hec ergo que in sanctis **xpi et pro angelis fieri dicatur.**
angelis et virtutibus dei est ecclesia tunc nobis sicuti est
innotescet, cum ei coniuncti fuerimus in fine ad simul haben
dam beatitudinem sempiternam. Ista vero que ab illa peregri
natur in terris, eo nobis notior est quod in illa sumus et quia
hominum est quod et nos sumus. Hec sanguine mediatoris nul
lum habentis peccatum, ab omni est redempta peccato. eiusque vox est.
Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit,
sed pro nobis omnibus tradidit eum. Non enim pro angelis mortuus est
xpistus. sed ideo etiam pro angelis fit, quicquid hominum per eius mortem
redimitur et liberatur a malo. Quoniam cum eis quodammodo
redit in gratiam post inimicitias quas inter homines et
sanctos angelos peccata fecerunt et ex ipsa hominum redemptione
ruine illius angelice detrimenta reparantur. **LXII**

**Quod angeli sancti de deo docti noverint numerum eorum qui ex hominibus
accessuri sunt ad supplementum superne civitatis.**

Et utique noverunt sancti angeli docti de deo cuius veritatis
eterna contemplatione beati sunt. quanti numeri
supplementum de genere humano integritas illius civitatis
expectet. Propter hoc ait apostolus instaurari omnia in xpisto. que
in celis sunt et que in terris in ipso. Instaurantur quippe
que in celis sunt, cum id quod inde in angelis lapsum est ex hominibus

redemptio. Instaurantur autem que in terris sunt, cum ipsi homines qui praedestinati sunt in eternam vitam a corruptionis vetustate renovantur. ac sic per illud singulare sacrificium in quo mediator est immolatus, quod unum multe in lege victime figurabant, pacificantur celestia cum terrestribus et terrestria cum celestibus. Quoniam sicut idem apostolus dicit: in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, et per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, sive que in terris sunt, sive que in celis. LXIII. Quomodo accipiatur pax dei precellere omnem intellectum vel qualem pacem habebimus cum angelis.

Pax ista precellit sicut scriptum est omnem intellectum, neque sciri a nobis nisi cum ad eam venerimus potest. Quomodo enim pacificantur celestia nisi in nobis, id est concordando nobiscum? Nam ibi semper est pax et inter se universis intellectualibus creaturis et cum suo creatore. que pax precellit ut dictum est omnem intellectum. Sed utique nostrum, non eorum qui semper vident faciem patris. Nos autem quantuscumque sit in nobis intellectus humanus ex parte scimus et videmus nunc per speculum in enigmate; Cum vero equales angelis dei fuerimus, tunc quemadmodum et ipsi videbimus facie ad faciem, tantamque pacem habebimus erga eos, quantam et ipsi erga nos. Quia tantum eos dilecturi sumus, quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorum nota nobis erit, quia et nostra talis ac tanta erit. nec precellet tunc

intellectum nostrum dei non pax que illic est erga eos et
nostrum et illorum sine dubitatione intellectum precellet; De
ipso quippe beata est rationalis creatura quecumque beata
est. non ipse de illa. Secundum secundum hoc melius accipitur quod scrip-
tum est. Pax dei que precellit omnem intellectum. ut in eo quod
dixit omnem. nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit
exceptus sed dei solius. neque enim et ipsius intellectum pax eius precel-

Quod etiam nunc nobiscum angeli concordent. et quod remis-
sio peccatorum etiam baptizatis necessaria sit.

Concordant autem nobiscum etiam nunc cum remittuntur nostra
peccata. Ideo post commemorationem sancte ecclesie in ordi-
ne confessionis ponitur remissio peccatorum. Per hanc enim stat ecclesia
que in terris est. Per hanc non perit. quod perierat et inventum est.
Excepto quippe baptismatis munere quod contra peccatum origi-
nale donatum est. ut quod generatione ade attractum est. rege-
neratione detrahatur. et tamen actiua quoque peccata
quecumque ore. corde. opere. commissa invenerit tollit;
hac ergo magna excepta indulgentia. unde incipit
hominis. renovatio in qua solvitur omnis reatus et inge-
neratus. et additus. ipsa etiam vita cetera iam ratione uten-
tis etatis quantalibet prepolleat fecunditate iusticie. sine
peccatorum remissione non agitur. Quoniam filii dei quamdiu mor-
taliter vivunt cum morte confligunt. et quamvis de illis sit vera-
citer dictum. quotquot spiritu dei aguntur. hi filii sunt dei.

sic tamen spiritu dei excitantur, et tanquam filii dei profici-
unt ad deum. ut etiam spiritu suo maxime adgravante cor-
ruptibili corpore. tanquam filii hominum in quibusdam hu-
manis motibus deficiant ad se ipsos et ideo peccent. Inter-
est quidem quantum; neque enim quia peccatum est omne crimen. ideo
crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hominum vitam quam-
diu in hac mortali vita vivitur. inveniri posse dicimus
sine crimine. peccatum autem si dixerimus quia non habemus.
ut ait tantus apostolus. nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est;

LXV. Quod intra ecclesiam catholicam qualibet criminosis non denegetur peni-
tentie locus; et qualiter agi debeat ipsa penitencia ~ ~ ~ ~

Sed neque de ipsis criminibus quamlibet magnis remitten-
dis in sancta ecclesia dei desperanda est misericordia agentibus peni-
tentiam secundum modum sui cuique peccati. In actione autem
penitentie ubi tale crimen commissum est. ut his qui commisit
a Christi etiam corpore separetur. non tam consideranda est mensura
temporis quam doloris. Cor enim contritum et humiliatum deus
non spernit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis oc-
cultus est alteri. nec in aliorum noticiam per verba vel quecumque
alia signa procedit cum sit coram illo cui dicitur. Gemitus meus
a te non est absconditus. recte constituuntur ab his qui ecclesiis
presunt tempora penitentie. ut fiat satis etiam ecclesie in qua
remittuntur ipsa peccata. extra eam quippe non remittuntur;
Ipsa namque spiritum sanctum pignus accepit. sine quo non remittu-

ntur

ulla peccata. ita ut quibus remittuntur: vitam consequantur eternam;

Quod remissio peccatorum ad futurum iudicium pertineat cum in hac vita et parvuli baptizati diversis cruciantur. quedam vero pene in posterum reserventur

Magis enim post futurum iudicium fit remissio peccatorum. In hac autem vita usque adeo valet quod scriptum est: Grave iugum super filios adam. a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture in matrem omnium. ut etiam parvulos videamus post lavacrum regenerationis diversorum malorum afflictione cruciari: ut intelligamus totum quod salutaribus agitur sacramentis. magis ad spem futurorum bonorum quam ad retentionem vel adeptionem presentium pertinere. Multa etiam hic male videntur ignosci et nullis suppliciis vindicari. sed eorum pene reservantur in posterum. Neque enim prope frustra ille dicitur dies iudicii, quo venturus est iudex vivorum ac mortuorum. sic e contrario vindicantur hic aliqua et tamen si remittuntur profecto in futuro seculo non nocebunt. Propterea de quibusdam temporalibus penis que in hac vita peccantibus irrogantur eis quorum delentur peccata ne reserventur in finem ait apostolus, Si enim nos ipsos iudicaremus: a domino non iudicaremur. Cum iudicamur autem a domino corripimur: ne cum mundo dampnemur. lec. iii. De his qui inter ecclesiam catholicam sceleratissime vivunt et nullo modo penitentiam gerunt. ac se salvandos per ignem promittunt; . . . . .

Creduntur autem a quibusdam etiam hi qui nomen Christi non relinquunt et eius lavacro in ecclesia baptizantur

nec ab eo ullo scismate uel heresi preciduntur. in quantis
libet sceleribus uiuant. que nec deluant penitendo. nec
elemosinis redimant sed in eis usque ad huius uite ultimum diem
pertinacissime perseuerent. salui futuri per ignem. licet pro magnitu
dine facinorum flagitiorumque diuturno non tamen eterno igne puni
ri; Sed qui hoc credunt et tamen catholici sunt. humana
quadam beniuolencia michi falli uidentur. Nam scriptura
diuina aliud consulta respondet. Librum autem de hac ques
tione conscripsi. cuius titulus est. de fide et operibus. ubi
secundum scripturas sanctas. quantum deo adiuuante potui de
monstraui eandem fidem saluos facere quam satis euidenter
expressit paulus apostolus dicens. In christo enim ihesu neque circum
cisio quicquam ualet neque preputium. sed fides que per dilecti
onem operatur; Si autem male non bene operatur procul dubio
secundum apostolum iacobum mortua est in semet ipsa. Qui rursus
ait. Si fidem dicat se quis habere. opera autem non habeat.
numquid poterit fides saluare eum? Porro autem si homo
sceleratus propter fidem. solam per ignem saluatur et sic est accipi
endum. quod ait beatus paulus. ipse autem saluus erit sic tamen
quasi per ignem. Poterit ergo saluare sine operibus fides et falsum
erit et illud quod idem ipse paulus. Nolite inquid errare. neque
fornicatores. neque idolis seruientes. neque adulteri. neque mol
les. neque masculorum concubitores. neque fures. neque auari. neque
ebriosi. neque maledici. neque rapaces. regnum dei possidebunt;

erit quod dixit eius coapostolus iacobus. falsum

Si enim etiam in istis perseverantibus criminibus tamen propter Christi
fidem salvi erunt, quomodo in regno dei non erunt? lxviii.
Quid sentiendum sit de his qui super fundamentum edificant et
qui sint qui per ignem salvantur, vel qualis sit iste ignis.

Sed quia hec apostolica manifestissima et apertissima testi
monia falsa esse non possunt, illud quod obscure dictum est
de his qui superedificant super fundamentum quod est Christus, non aurum,
argentum, lapides preciosos, sed ligna, fenum, stipulam. De his enim
dictum est quod per ignem probati salvi erunt, quia fundamenti
merito non peribunt. Sic est intelligendum ut his manifestis non
inveniatur esse contrarium. Ligna quippe et fenum et stipula non ab
surde accipi possunt rerum secularium quamvis licite concessarum
tales cupiditates ut amitti sine animi dolore non possint. Cum
autem iste dolor urit, si Christus in corde fundamenti habet locum, id est
ut nichil ei ante ponatur, et malit homo qui tali dolore uritur
rebus quas ita diligit magis carere quam Christo, per ignem fit salvus.
Si autem res eiusmodi temporales ac seculares tempore temptationis maluerit
tenere quam Christum, eum in fundamento non habuit, quia hec priore loco
habuit, cum in edificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis
enim de quo eo loco est locutus apostolus talis debet intelligi ut ambo per
eum transeant, id est, et qui edificat super hoc fundamentum aurum, argen
tum, lapides preciosos, et qui edificat ligna, fenum et stipulam.
Cum enim hoc dixisset adiunxit: Uniuscuiusque opus quale sit ignis
probabit. Si cuius opus manserit quod superedificavit mercedem accipiet.

Si cui⁹ opus exustu fuit. dampnu patiet'. Ipse aut saluus erit.
sic tamen quasi p ignem. Non ergo uni' eoru. s; utriusq; opus
ignis pbabit. Est quidem ignis temptatio tribulationis. de quo
apte alio loco scriptum e. uasa figuli pbat fornax. 7 homines iustos
temptatio tribulationis. Iste ignis in hac interim uita facit qd
aplc dixit. si accidat duob; fidelibus. uni scilicet cogitanti ea
que sunt dei. quomo placeat deo. hoc est edificanti sup xpi fun
damentu. auru. argentu. lapides p̄ciosos. alteri aut cogitan
ti ea que sunt mundi. quomodo placeat uxori id e edificanti
sup idem fundamentu. ligna. feni. stipula. Illi' eni op'. non exurit'.
quia non ea dilexit quoz amissione cruciet'. Exurit' aut hui'.
qm sine dolore non pereunt. que cum amore possessa sunt. Sed
qm alterutra conditione pposita eis poci' mallet carere qua xpo.
nec timore amittendi talia deserit xpm. quamuis doleat cum
amittit. saluus est quidem sic tamen quasi p igne. q urit eu
dolor reru quas dilexerat amissaru. s; non subuertit neq; co
sumit fundamenti stabilitate. atq; corruptione munitum;
Lxix. Posse ee. 7 p' hanc uita ignem purgatoriu p que saluent'
q hic tale uixer' ut penitentia congruam gesserunt.
Tale aliqd etiam post hanc uita fieri
incredibile non est. 7 utru ita sit queri potest. 7
aut inueniri. aut latere. non nullos fideles p ignem que
dam purgatoriu. quanto magis min' ue bona pereuntia di
lexerunt tanto tardi' citiusq; saluari. Non tamen

tales de quibus dictum est quod regnum dei non possidebunt nisi conve
nienter penitentibus eadem crimina remittantur. Convenienter autem
dixi ut steriles in elemosinis non sint. Quibus tantum tribuit scrip
tura divina. ut earum tantummodo fructum se inputaturum pre
nunciet dominus dexteris. et earum tantummodo sterilitatem sinistris.
quando his dicturus est. Venite benedicti patris mei percipite regnum
Illis autem. Ite in ignem eternum;

LXX. Cavendum esse ne pu
temus infanda crimina elemosinis posse redimi ab
eis abstinendo

Sane cavendum est ne quisquam existimet infanda illa
crimina qualia qui agunt regnum dei non possidebunt.
cotidie perpetranda et elemosinis cotidie redimenda. In melius
est. quippe vita mutanda et per elemosinas de peccatis preteritis est
propiciandus deus. non ad hoc emendus quodammodo. ut ea semper liceat
inpune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi. quamvis
miserando deleat iam facta peccata. si non satisfactio congrua negli

LXXI. Quod per orationem dominicam non tantum Egitur
cotidiana peccata sed preterita enormia deleantur;

De cotidianis autem brevibus levibusque peccatis sine quibus hec
vita non ducitur. cotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum
est enim dicere pater noster qui es in celis. qui iam patri tali regenerati sunt
ex aqua et spiritu sancto delet omnino hec oratio minima et cotidiana.
delet et illa a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta sed peniten
do in melius discedit mutata. si quemadmodum veraciter dicitur. dimit
te nobis debita nostra quoniam non desunt que dimittantur. ita veraciter dicatur.
Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris id est fiat quod dicitur.

quia et ipsa elemosina est, ueniam homini petenti
ignoscere ; ; LXXII. De multis elemosinarum generibus ;
Ac per hoc et omnia que utiliter misericordia fiunt, ualet quod dominus ait.
Date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis, non solum
ergo qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo uestimentum, peregrinan
ti ospicium, fugienti latibulum, egroto uel incluso uisitationem, capti
uo redemptionem, debili subuectionem, ceco deductionem, tristi consolatio
nem, non sano medelam, erranti uiam, deliberanti consilium et quod cuique
necessarium est indigenti, uerum etiam qui dat ueniam peccanti, elemo
sinam dat. Et qui emendat uerbere in quem potestas datur,
uel coherceat aliqua disciplina, et tamen peccatum eius quo ab illo
lesus aut offensus est dimittit ex corde, uel orat ut ei dimit
tatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, uerum etiam in
eo quod corripit et aliqua emendatoria pena plectit, elemosinam
dat, quia misericordiam prestat. Multa enim bona prestantur inuitis, quando
eorum consulitur utilitati non uoluntati, quia et ipsi sibi inueni
untur esse inimici. Amici uero eorum potius illi quos inimicos putant,
et reddunt errando mala pro bonis, cum reddere christianus mala
non debeat nec pro malis. Multa itaque genera sunt elemosinarum,
que cum facimus adiuuamur ut dimittantur nostra peccata. LXXIII.
Sed ea nichil est Qualis sit elemosina pro peccatorum
maius quia ex corde dimittimus quod in nos quisque pecca
uit; Minus enim magnum est erga eum esse beniuolum siue etiam
beneficum qui tibi nichil mali fecerit. Illud multo grandius et

magnificentissime bonitatis est. ut tuum quoque inimicum diligas. et ei qui tibi malum vult. et si potest facit. tu bonum semper velis. faciasque cum possis. audiens deum. Diligite inimicos vestros. et benefacite his qui oderunt vos. et orate pro eis qui vos persequuntur. Sed quoniam perfectorum sunt ista filiorum dei. quo quidem se debet omnis fidelis extendere. et humanum animum ad hunc effectum orando deum secumque agendo luctandoque perducere;

LXXIIII. Posse etiam his qui perfecti non sunt dimitti peccata. si ipsi quoque dimittant ex corde petentibus se debitoribus;

Nam quia hoc tam magnum bonum tante multitudinis non est. quanta credimus exaudiri cum in oratione dicitur. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. procul dubio verba sponsionis huius implentur. Si homo qui nondum ita profecit. ut iam diligat inimicum. tamen quando rogatur ab homine qui peccavit in eum. ut ei dimittat. dimittit ex corde. Qui etiam sibi roganti utique vult dimitti. cum orat et dicit. Sicut et nos. dimittimus debitoribus nostris. id est. sic dimitte debita nostra. rogantibus nobis. sicut et nos dimittimus rogantibus debitoribus nostris. LXXV. Non esse deputandum inimicum qui peccato suo monetur ut roget. nullatenus a Christo peccata dimitti eis qui petentibus se non dimittunt ex corde.

Iam vero qui eum in quem peccavit hominem rogat. si peccato suo monetur ut roget. non est adhuc deputandus inimicus. ut eum diligere sit difficile. sicut difficile erat quando inimicitias exercebat. Quisquis autem roganti et peccati sui penitenti ex corde non

dimittit. nullomodo estimet adeo sua pecca(ta) dimitti. quoniam
mentiri ueritas non potest. Quem u(er)o eu(an)g(e)lii lateat auditorem
siue lectorem. quis dixerit. ego sum ueritas? Qui cum doceret
orationem. hanc in ea(m) posita(m) sententia(m) uehementer commen
dauit dicens. Si enim dimiseritis hominibus pecca(ta) eorum. dimittet
et uobis pater uester celestis pecca(ta) uestra. Si autem non dimiseri
tis hominibus. nec pater uester dimittet pecca(ta) uestra. Ad tam magna
enim tonitruum qui non expergiscitur. non dormit sed mortuus
est. Et tamen potens est ille etiam mortuos suscitare; lxx.i ;

De his qui sceleratissime uiuunt et testimonio domini abutuntur
quo ait date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis;

Sane qui sceleratissime uiuunt nec curant talem uitam
moresque corrigere. et inter ipsa facinora et flagicia
sua elemosinas frequentare non cessant. frustra ideo sibi
blandiuntur. quoniam dominus ait, Date elemosinam et ecce omnia munda
sunt uobis. Hoc enim quam late pateat non intelligunt. sed ut in
telligant; attendant quibus dixerit. Nempe in euangelio sic scriptum est,
Cum loqueretur. rogauit illum quidam phariseus. ut pranderet apud
se. et ingressus recubuit. phariseus autem cepit intra se repu
tans dicere. quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus
ad illum. Nunc pharisei quod de foris est calicis et catini munda
tis. Quod autem intus uestrum plenum est rapina et iniquitate. Stul
ti nonne qui fecit id quod de foris est. etiam quod intus est fecit?
Verumptamen quod super est. date elemosinam et ecce omnia munda sunt
et uobis;

Ita ne hoc intellecturi sumus. ut phariseis id habentibus
fidem xpi. etiā si non in eū crediderint nec renati fuerint
ex aqua et spū sco. munda sint omia tantū si elemosinā
dederint sic̄ isti eas dandas putant. cū sint inmundi omīs
quos non mundat fides xpi. de qua scptū est. Mundans
fide corda eoꝝ. ⁊ dicat apls. In mundis autē ⁊ infidelibꝯ
nichil est mundū. sed polluta sunt eoꝝ et mens ⁊ cōscientia.
Quomodo ergo phariseis omia munda eēnt si elemosinas da
rent. et fideles non eēnt. aut quomō fideles eēnt. si in xpm
credere atq; in eū renasci gra noluissent. Et tamen uerū ē
qđ audier. date elemosinā ⁊ ecce omia munda sunt uob;

*lxxvii. Qđ a seipso debeat incipe q̄ uult elemosinā ordina
te facere. sic phariseos dns increpando admonet.*

Quid enī uult ordinate dare elemosinā
a se ipso debet incipe. ⁊ eā sibi pmū dare. ē enī elemosi
na opus misericie. uerissimeq; dictū ē. Miserere anime
tue placens deo. Propt hoc renascimur ut deo placeamus. cui me
rito displicet qđ nascendo cōtraximus. hec ē pma elemosi
na. quā nob dedimus qin nos ipsos merito miseros pmiseran
tis dei misericordia requisiuimus. Iustū iudiciū ei cōfitentes. quo
miseri effecti sumus. De quo dic apls. Iudiciū quidem ex uno
in cōdēpnationē. ⁊ magne caritati ei grās agentes. de qua
idem ipse dicit gre pdicator. Comendat autē ds suā dilec
tionem in nob. qin cū adhuc peccatores essemus. xps p nob mortuꝯ

est inter se nos veraciter de vita misera iudicantes et dei caritate quam donavit ipsi diligentes. pie recteque vivamus.

Quod iudicium et caritatem dei. cum pharisei preterirent. decimabant tamen per elemosinas quas faciebant etiam quaeque minutissima fructuum suorum. Et ideo non dabant elemosinam. ab se incipientes. secumque prius misericordiam facientes, per quem dilectionis ordinem dictum est, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Cum ergo increpasset eos quod forinsecus se lavabant. intus autem rapina et iniquitate pleni erant. admonens elemosinam quam sibi homo debet primitus dare interiora mundari. Verumtamen inquit quod superest. date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Deinde ut ostenderet quid admonuisset. et quod ipsi facere non curarent. ne illum putarent eorum elemosinas ignorare. Sed ve vobis inquit pharisaeis. tamquam diceret. ego quidem commoneo vos elemosinam dandam. per quam vobis munda sint omnia. Sed ve vobis qui decimatis mentam et rutam et omne olus. Has enim novi elemosinas vestras. ne de illis me nunc vos admonuisse arbitremini. Et preteritis iudicium dei et caritatem dei, qua elemosina possetis ab omni inquinamento interiore mundari. ut vobis munda essent et corpora que lavatis. Hoc est enim omnia et interiora. scilicet et exteriora sicut alibi legitur. Mundate que intus sunt et que foris sunt munda erunt. Sed ne istas elemosinas que fiunt de fructibus terre respuisse videretur. Hec inquit oportuit facere. id est. iudicium et caritatem dei. et illa non omittere. id est.

elemosinas fructuum terrenorum. LXXVII. Quod multi se seducant qui per largissimas elemosinas fructuum suorum vel pecunia indulgentiam sibi comparare existimant in flagitiis ac facinoribus permanentes.

Si quis uellet ei dare elemosinam pro qua munda illi essent omnia. odisset eam secundum seculum et diligeret secundum deum;

Non ergo se fallant qui per elemosinas quaslibet largissimas fructuum suorum vel cuiuscumque pecunie. inpunitatem se emere existimant in facinorum inmanitate atque flagitiorum nequitia permanendi. non solum enim hec faciunt. sed ita diligunt. ut in eis semper optent tamen si possint. inpune usare; Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. et qui odit animam suam non est in ea misericors. sed crudelis. Diligendo quippe eam secundum seculum. odit eam secundum deum. Nemo autem dat elemosinam qualemlibet. nisi unde det ab illo accipiat qui non eget. Et ideo dictum est misericordia eius preueniet me. LXXVIII. De leuibus et grauia peccata diuino sint pensanda iudicio pro quibus tamen omnibus exaltis quamuis leuissimis semper ac frequenter orare debemus;

Que sint autem leuia que grauia peccata. non humano sed diuino sunt pensanda iudicio. Videmus enim quedam ab ipsis quoque apostolis ignoscendo fuisse concessa. quale est illud quod et uenerabilis paulus coniugibus ait. Nolite fraudare inuicem. nisi forte ex consensu ad tempus. ut uacetis orationi; Et iterum, ad ipsum reuertimini. ne uos temptet satanas propter incontinentiam uestram. Quod putari posset non esse peccatum. misceri scilicet coniugio. non filiorum procreandorum

causa quod bonum est nuptiale. sed carnalis etiam uoluptatis.
ut fornicationis siue adulterii. siue cuiusquam alterius cri
minis in immunditie. mortiferum malum. quod turpe est etiam
dicere quo potest temptante sathana libido pertrahere. in con
tinentium deuitat infirmitas. Posset ergo ut dixi hoc putari
non esse peccatum. nisi addidisset. Hoc autem dico secundum ueniam:
non secundum imperium. Quis autem iam neget esse peccatum cum dari
ueniam facientibus apostolica auctoritate fateatur? Tale quiddam
est ubi dicit. Audet quisquam uestrum aduersus alterum negocium
habens iudicari apud iniquos et non apud sanctos. Et paulo post.
Secularia igitur iudicia si habueritis in quo eos qui contemptibiles
sunt in ecclesia: hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam
uobis dico si non est uos quisquam sapiens qui possit inter fratrem
suum iudicare. Sed frater cum fratre iudicatur. et hoc apud infideles.
Nam et hic posset putari iudicium habere aduersus alterum.
non esse peccatum: sed tantummodo id extra ecclesiam uelle iudica
ri. nisi secutus adiungeret. Iam quidem omnino delictum est
in uobis. quia iudicia uobiscum habetis. et ne quisquam ita hoc excu
saret ...ta in ... ut diceret iustum se habere negocium. sed ini q
... ueno... tatem se pati quam uellet a se iudicum sententia
remoueri. continuo talibus cogitationibus uel excusationibus
occurrit atque ait. Quare non magis iniquitatem patimini?
Quare non potius fraudamini? Ut ad illud redeatur quod dominus ait.
Si quis uoluerit tunicam tuam collere. et iudicio tecum contendere.

dimitte illi et pallium. Et alio loco. Qui abstulerit tu-
a : noli repetere. Prohibuit itaque suos de secularibus
rebus. cum aliis hominibus habere iudicium. Et quia
doctrina apostoli dicit esse delictum. tamen cum sint necessaria
talia iudicia fieri inter fratres fratribus iudicantibus extra
ecclesiam non terribiliter vetat. Manifestum est. hic etiam
quod secundum veniam conceditur infirmis. Propter hec atque
huiusmodi peccata. et alia licet his minora que fiunt
verborum et cogitationum offensionibus. apostolo iacobo confiten-
te ac dicente. In multis enim offendimus omnes. Oportet
ut cotidie crebroque oremus dominum atque dicamus. Dimitte
nobis debita nostra. nec in eo quod sequitur mentiamur. Sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. lxxx. De quibusdam peccatis que levissi-
ma putarentur nisi graviora in scripturis sanctis demonstrarentur.

Sunt autem quedam que levissima putarentur. nisi in
scripturis sacris demonstrarentur opinione graviora.
Quis enim dicentem fratri suo fatue reum gehenne putaret.
nisi veritas diceret? Cui tamen vulneri subiecit continuo
medicinam. preceptum fraterne reconciliationis [illegible] ad-
iungens. Mox quippe ait. Si ergo offe[illegible] re-
munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia
frater tuus habet aliquid adversum te et cetera. Aut quis estima-
ret quam peccatum magnum sit dies observare et menses et
annos et tempora. sicut observant hi qui certis diebus sive

mensibus siue annis uolunt uel nolunt aliquid inchoa
re. eo quod secundum uanas doctrinas hominum fausta. uel
infausta. existiment tempora. nisi huius mali magni
tudinem ex timore apostoli pensaremus qui talibus ait.
timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis. lxxxi.

Quod in magna peccata cum in usum uenerint. aut nulla aut parua

Hec accedit quod peccata quamuis credantur
magna et horrenda cum in consuetudinem uenerint.
aut parua aut nulla esse creduntur. Usque adeo ut non solum
non occultanda. uerum etiam predicanda et diffamanda uideantur.
quomodo sic scriptum est. laudatur peccator in desideriis anime sue
et qui iniqua gerit benedicitur. Talis in diuinis libris iniquitas
clamor uocatur. sic habes apud ysaiam prophetam. de uinea ma
la. Expectaui inquit ut faceret iudicium; fecit autem iniqui
tatem et non iusticiam sed clamorem. Inde est et illud in genesi.
Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est. Quia non
solum iam non apud eos puniebantur illa flagicia. uerum
etiam uelut lege publice frequentabantur. Sic nostris temporibus
ista mala multa. et si non talia. in apertam consuetudinem
iam uenerunt. ut pro his non solum excommunicare aliquem
laicum non audeamus. sed nec clericum degradare. Unde cum ex
ponerem ante aliquot annos epistolam ad galathas. in eo ipso
loco ubi ait apostolus. timeo ne forte sine causa laborauerim in
uobis. exclamare compulsus sum. Ve peccatis hominum. que sola

inusitata exhorrescimus. Usitata uero, pro quibus abluendis
filii dei sanguis effusus est. quamuis tam magna sint.
ut omnino claudi contra se faciant regnum dei. sepe uidendo
omnia tolerare. sepe tolerando non nulla etiam facere cogimur;
atque utinam o domine. non omnia que non potuerimus prohibere faciamus.
sed me uideo. utrum inmoderatus dolor incaute aliquid compulit

LXXXI. De duabus causis ignorantie et infirmitatis quibus dicere.

Hoc nunc dicam. quod quidem et in aliis peccamus.
opusculorum meorum locis sepe iam dixi duabus ex
causis peccamus. aut non dum uidendo quid facere debeamus.
aut non faciendo. quod deberi fieri iam uidemus. Quorum
duorum illud ignorantie. malum est hoc infirmitatis. Contra
que quidem pugnare nos conuenit. sed profecto uincimur.
nisi diuinitus adiuuemur. Ut non solum uideamus quid faciendum
sit. sed etiam accendente sanitate. delectatio iusticie uin
cat in nobis earum rerum delectationes. quas ut habere cupi
endo. ut amittere. metuendo. scientes uidentesque peccamus.
Iam non solum peccatores quod eramus. etiam cum per ignoranci
am peccabamus. uerum etiam legis preuaricatores cum id non
facimus. quod faciendum esse iam nouimus ut facimus quod faciendum
esse iam scimus. Propter quod dicimus. dimitte nobis debita nostra. sicut
et nos dimittimus debitoribus nostris. Verum etiam ne peccemus
ut regat. propter quod dicimus. ne nos inferas in temptationem. ille
rogandus est. cui dicitur in psalmo. Dominus illuminatio mea

et salus mea quem timebo? ut illuminatio detrahat
ignorantiam, salus infirmitatem. LXXXII. Quod
misericordia dei pellatur pudor et penitencia agatur.

Nam et ipsa penitencia quando digna causa est secundum morem
ecclesie ut agatur, plerumque infirmitate non agitur.
quia et pudor et timor est displicendi dum plus delectat
hominum existimatio quam iusticia qua se quisque humili-
at penitendo. Unde non solum cum agitur penitentia
verum etiam ut agatur dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret
apostolus de quibusdam. Ne forte det illis penitenciam deus. Et ut petrus
amare fleret, premisit euangelista et ait. respexit eum dominus. LXXXIII.
Qui in spiritum sanctum irremediabiliter peccent qui in ecclesia catholica
remitti peccata usque in finem uite sue non credunt.

Qui uero in ecclesia remitti peccata non credens contempnit tan-
tam diuini muneris largitatem et in hac obstinatione men-
tis diem claudit extremum, reus est illo inremissibili peccato in spiritum
sanctum, in quo christus peccata dimittit. de qua questione difficili in quo-
dam proprie hoc solum conscripto libello enucleatissime quantum
potui disputaui. LXXXIIII. De ultima atque generali resur-

rectione carnis.

Iam uero de resurrectione carnis
non sicut quidam reuixerunt iterumque sunt mortui, sed in eternam
uitam sicut christi ipsius caro resurrexit, quemadmodum
possim breuiter disputare et omnibus questionibus que
de hac re mouere assolent satis facere non inuenio. Resur-

rectionem

tamen carnem omnium quicumque nati sunt hominum atque
nascentur et mortui sunt atque morientur. nullomodo debet
dubitare christianus; LXXXV. Questio de abortiuis fetibus.

Unde primo occurrit de abortiuis fetibus questio. qui
iam quidem nati sunt in uteris matrum. sed nondum
ita ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixeri-
mus. de his qui iam formati sunt tolerari potest. utcumque
quod dicitur. Informes uero abortus. quis non pronius perire arbi-
tretur. sicut semina que concepta non fuerint? Sed quis ne-
gare audeat. etsi affirmare non audeat. id acturam resur-
rectionem. ut quicquid forme defuit impleatur? atque ita
non desit perfectio. que accessura erat tempore. quemadmodum
non erunt uicia que accesserant tempore. ut neque in eo quod
aptum et congruum dies allaturi fuerant natura fraudetur.
Neque in eo quod aduersum atque contrarium dies attulerant. natura
turpetur. sed integretur. quod non dum erat integrum. sic instaurabitur
quod fuerat uiciatum; LXXXVI. Disputatio questionis quando in-
cipiat homo in utero matris uiuere quo ad resurrectionem carnis pertinere credatur;

Ac per hoc scrupulosissime quidem inter doctissimos queri
ac disputari potest. quod utrum ab homine inueniri possit
ignoro. quando incipiat homo in utero uiuere. utrum sit quedam
uita et occulta que nondum motibus uiuentis appareat; Nam
negare uixisse puerperia. que membratim exsecantur.
et eiciuntur. ex uteris pregnantium. ne matres quoque si ibi mor-

vita relinquantur occidant. impudentia nimia videtur.
Ex quo autem incipit homo vivere. ex illo utique iam mori
potest. Mortuus vero ubicumque illi mors potuit evenire. quomodo
ad resurrectionem non pertineat mortuorum repperire non possum;

De monstris que nascuntur et cito moriuntur cum commemoratione
cuiusdam bimembris; lxxxvii.

Neque enim monstra que nascuntur et vivunt quamlibet cito
moriantur. aut resurrectura negabuntur. aut ita resur-
rectura credenda sunt. ac non potius correcta emendataque natura;
Ab sit enim ut illum bimembrem qui nuper natus est in oriente de
quo et fratres fidelissimi qui eum viderant retulerunt. et sancte memo
rie Ieronimus presbyter scriptum reliquit. Ab sit enim ut unum homi
nem duplicem. ac non potius duos quod futuri si gemini nas
cerentur. resurrecturos existimemus. Ita cetera que singuli
quique partus. vel amplius vel minus aliquid habendo. vel quadam ni-
mia deformitate monstra dicuntur. ad humane nature figu
ram resurrectione revocabuntur. ita ut singule anime
singula sua corpora obtineant. Nullis coherentibus etiam
quecumque coherentia nata fuerant. sed seorsum sibi singulis
sua membra gestantibus. quibus humani corporis compleatur inte-
gritas; lxxxviii. Quod caro hominis mortui in quibus libet
elementis aliis corporibus transmutetur ad animam quam reliquit in resurrectione

Non autem perit deo terrena materies de qua mortali revocetur
um creatur caro sed in quemlibet pulverem cineremque

solvatur, in quoslibet altius auras que diffugiat, in quamcumque
aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur, in
quorumcumque animalium etiam hominum cibum cedat, carnemque
mutetur. Illi anime humane puncto temporis redit, que
illam primitus ut homo fieret, viveret, cresceret, animavit;

Non esse consequens membra ad easdem corporis partes unde
dilapsa sunt in resurrectione revocari cum similitudine
statue solubilis metalli corpus habiturum ; ; . . . .

Ipsa itaque terrena materies que discedente anima fit cadaver:
non ita resurrectione reparabitur: ut ea que dilabuntur et in a-
lias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur: quamvis ad
corpus redeant unde dilapsa sunt. ad easdem quoque corporis
partes ubi fuerunt redire necesse sit. Alioquin si capillis redit quod
tam crebra tonsura detraxit. si unguibus quod totiens
dempsit exsectio. inmoderata et indecens cogitantibus et ideo
resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas.
Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli. aut igne
liquesceret. aut contereretur in pulverem. aut confunderetur in
massam. et eam vellet artifex rursus ex illius materie quantitate
reparare. nichil interesset ad eius integritatem que particula
materie cui membro statue redderetur dum tamen totum ex quo
constituta fuerat restituta resumeret. Ita deus mirabiliter atque
ineffabiliter artifex de toto quod caro nostra constiterat. eam mi-
rabili et ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit

ad eius redintegrationem. utrum capilli ad capillos redeant. et ungues ad ungues: an quicquid eorum perierat mutetur in carnem. et in partes alias corporis revocetur. curante artificis providentia ne quid indecens fiat. XCI. Utrum equaliter an diverse future sint stature vel figure resurgentium corpora.

Nec illud est consequens ut ideo diversa sit statura reviviscentium singulorum. quia fuerat diversa viventium. aut macri cum eadem macie. aut pingues cum eadem pinguedine reviviscant. Sed si hoc est in consilio creatoris. ut in effigie sua cuiusque proprietas et discernibilis similitudo servetur. in ceteris autem corporis bonis equalia cuncta reddantur. ita modificabitur illa in unoquoque materies. ut nec aliquid ex ea pereat. et quod alicui defuit ille suppleat. qui etiam de nichilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus resurgentium rationabilis inequalitas erit sicut est vocum quibus cantus impletur. hoc fiet cuique de materie corporis sui quod et hominem reddat angelicis cetibus. et nichil inconveniens eorum ingerat sensibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit. sed quicquid futurum est. hoc decebit. quia nec futurum est si non decebit. Qualiter resurgant corpora sanctorum. XCII.

Resurgent igitur sanctorum corpora sine ullo vitio. sine ulla deformitate. sicut sine ulla corruptione. onere. difficultate. in quibus tanta facilitas. quanta felicitas erit. Propter quod et spiritalia dicta sunt, cum procul dubio corpora sint futura non spiritus. Sed sicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen

corpus non anima est: ita spiritale corpus erit. corpus tamen non spiritus
erit. proinde quantum attinet ad corruptionem. que nunc
adgrauat animam: et uicia quibus caro aduersus spiritum concupis-
cit. tunc non erit caro sed corpus quia celestia corpora perhibentur.
propter quod dictum est. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt.
Et tamquam exponens quod dixerat. neque corruptio inquid. incorrup-
tionem possidebit. Quod dixit prius caro et sanguis: hoc posterius
dixit corruptionem. Et quod prius regnum dei. hoc posterius incorrup-
tionem. Quantum autem attinet ad substantiam et tunc caro
erit. propter quod et post resurrectionem corpus christi caro appellatum est,
Sed ideo ait apostolus. seminatur corpus animale. resurget corpus spiritale.
quoniam tanta erit tunc concordia carnis et spiritus. uiuificante spiritu sine
sustentaculi alicuius indigentia subditam carnem. ut nichil nobis
repugnet ex nobis. sed sicut foris neminem. ita nec intus nos ipsos
patiamur inimicos. **XCIII. Qualiter et illi resurgant qui a massa**
Quicumque uero ab illa perditionis massa **perditionis non sunt liberati;**
que facta est per hominem primum. non liberantur per unum mediatorem
dei et hominum. resurgent quidem et ipsi unusquisque cum sua
carne. sed ut cum diabolo et eius angelis puniantur. Utrum sane ipsi
cum uiciis et deformitatibus suorum corporum resurgant. quecumque
in eis uiciosa et deformia membra gestarunt. inquirendo laborare
quid opus est? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo
uel pulcritudo: quorum erit certa et sempiterna dampnatio. Nec moueat
quomodo erit in eis corpus incorruptibile si dolere poterit. aut quomodo

corruptibile si mori non potest? Non ē enī uera uita nͥ ubi feliciter
uiuitur. nec uera incorruptio. nͥ ubi salus nullo dolore corrumpi
tur. Ubi autē infelix mori non sinitur. ut ita dicā mors ipsa
non moritur. et ubi dolor perpetuus non interimit s; affligit.
ipsa corruptio non finitur. hec in scīs scripturis scd̄a mors dicitur. *XCIIII.*

Qđ nec pⁱma nec scd̄a mors hoīs accidiss; si nemo peccasset. et qđ grauius in pīs diuso modo crucientur. mitissima tamē sit pe
Hec pⁱma tamen qua suū corpus *na paruulorum;*
aīa relinquere cogitur. nec scd̄a qua penale corpus aīa
relinquere non pmittitur hoī accidiss; si nemo peccasset.
mitissima sane omniū pena erit eorum. qui pret peccm quod
originale traxerunt. nullū insup addiderunt. et in ceteris q̄ addiderunt.
tanto ibi quisq; tolerabiliorē habebit dāpnationē. quanto
hic minorē habuit iniquitatem. *XCV. Qđ remanētib; inpiis in dāpnatioē etna tūc scient plenissime scī qđ boni eis contulerit gra.*

Remanentib; itaq; angłis et hominib; reprobis in
etna pena. tunc scī scient plenius quid boni eis co
tulerit gra. Tunc reb; ipsis euidentib; apparebit. qđ in psal
mo scriptum ē. Misericordiam et iudiciū cantabo tibi dne. qa nisi
p indebitā misericordiam nemo liberatur. et nͥ p debitū iudicium ne
mo dampnatur. *XCVI. Qđ oīa q̄ nc nos latent. tūc nͥ latebūt.*

Tunc non latebit qđ nunc latet. cū de duob; paruulis
unus eet assumendus p misericordiam. alius p iudiciū relinquendus.
in quo his qui assumeretur agnosceret quid sibi p iudiciū debe
retur

nisi misericordia subuenire. Cur ille potius quam iste fuerit
assumptus cum causa una sit ambobus. Cur apud quosdam
non facte sunt uirtutes. que si facte fuissent egissent illi
homines penitentiam. et facte sunt apud eos qui non fuerunt cre-
dituri. Apertissime namque dominus dicit, Ve tibi corozaim. ve tibi beth-
saida. quia si in tyro et sydone facte fuissent uirtutes que
facte sunt in uobis. olim in cilicio et cinere penitentiam egissent;
Nec utique deus iniuste noluit saluos fieri cum possent salui esse si
uellet. Tunc in clarissima sapientie luce uidebitur. quod nunc
piorum fides habet antequam manifesta cognicione uideatur.
quam certa et inmutabilis et efficacissima sit uoluntas dei.
Quam multa possit et non uelit. nihil autem uelit quod non possit.
quamque sit uerum quod in psalmo canitur. Deus autem noster in celo sursum et in
terra. omnia quecumque uoluit fecit. Quod utique non est uerum si aliqua
uoluit et non fecit. et quod est indignius ideo non fecit.
quoniam ne fieret quod uolebat omnipotentis. uoluntas hominis
impediuit. Non ergo fit aliquid nisi omnipotens fieri uelit uel
sinendo ut fiat uel ipse faciendo; xcvii. Quod recta confessio-
ne credamus omnipotentem deum bene facere et cum sinit fieri mala;
Nec dubitandum est deum facere bene etiam sinendo fieri
quecumque fiunt male. Non enim hoc nisi iusto iudicio
sinit. et profecto bonum est omne quod iustum est. Quamuis ergo
ea que mala sunt. in quantum mala sunt. non sint bona.
tamen ut non sola bona. sed etiam sint et mala bonum est; Nam ni-

esset hoc bonum, ut essent et mala, nullo modo esse sinerentur
ab omnipotente bono. Cui procul dubio quam facile est quod uult
facere, tam facile est quod non uult esse non sinere. Hoc nisi creda-
mus, periclitatur ipsum nostrae confessionis initium, qua nos in deum
patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim ob aliud uera-
citer uocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid uult potest, nec uoluntate cuius-
piam creaturae uoluntatis omnipotentis impeditur effectus. XCVII.

Questio de hoc quod apostolus de deo dicit, qui omnes homines uult saluos fieri.

Quam ob rem uidendum est quemadmodum sit de deo
dictum, quod et hoc uerissime apostolus dixit: Qui omnes
homines uult saluos fieri. Cum enim non omnes, sed multo plures non
non fiant salui, uidetur utique non fieri quod deus uult fieri,
humana scilicet uoluntate impediente uoluntatem dei.
Quando enim quaeritur causa cur non omnes salui fiant, respon-
deri solet quod nec ipsi uolunt. Quod quidem dici de paruulis non
potest, quorum nondum est uelle seu nolle. Nam quod infantili
motu faciunt, si eorum uoluntati iudicaretur esse tribuendum,
qui baptizantur cum resistunt quantum possunt, et nolentes
eos saluos fieri diceremus. Sed apertius dixit in euangelio compellans
impiam ciuitatem: Quotiens inquit uolui colligere filios
tuos, sicut gallina pullos suos, et noluisti. Tamquam dei
uoluntas superata sit hominis uoluntate, et infirmissimis
nolendo impedientibus, non potuerit facere potentissimus quod
uolebat. Et ubi est illa omnipotentia, qua in caelo et in terra

omnia quecumque voluit fecit. Si colligere filios ierusalem voluit et non fecit, cum potius illa non quidam filios suos ab ipso colligi voluit, sed ea quoque nolente filios eius collegit ipse quos voluit. Quia in celo et in terra non quedam voluit et fecit quedam vero voluit et non fecit, sed omnia quecumque voluit fecit.

XCVIII. Quod omnipotentia dei malas hominum voluntates in bonum convertat.

Quis porro tam impie desipiat ut dicat deum malas hominum voluntates quas voluerit, ubi voluerit, quando voluerit, in bonum non posse convertere? Sed cum facit per misericordiam facit; cum autem non facit per iudicium non facit. quoniam cuius vult miseretur et quem vult obdurat.

C. Commendatio gratie invenitur apud apostolum quod iacob ab esau discretus est.

Quod ut diceret apostolus gratiam commendabat, ad cuius commendationem de illis in rebecce utero geminis fuerat iam locutus. Quibus nondum natis nec aliquid agentibus boni seu mali, ut secundum electionem propositum dei maneret. Non ex operibus sed ex vocante dictum est ei, quia maior serviet minori. Propter quod adhibuit alterum propheticum testimonium ubi scriptum est: Iacob dilexi, esau autem odio habui. Sentiens autem quemadmodum posset hoc quod dictum est permovere eos qui penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinem gratie, Quid ergo dicemus, ait. Numquid iniquitas est apud deum? Absit. Iniquum enim videtur

ut sine ullis bonorum malorum ve operum meritis. unum eorum dili
gat. oderitque alterum. Quia inde si futura opera vel bona huius ut
mala illius. que deus utique presciebat vellet intelligi: nequaquam
diceret non ex operibus. sed diceret ex futuris operibus. eoque modo istam
solueret questionem. immo nullam que illum solui opus esset faceret questionem.
Nunc vero cum respondisset: absit, id est absit ut sit iniquitas apud
deum. Mox ut probaret nulla hoc iniquitate dei fieri moyses
enim dicit inquid miserebor cui misertus ero. et misericordiam prestabo
cui misericors fuero. Quis enim nisi insipiens deum iniquum esse pu
tet. et sive iudicium penale ingerat digno. sive misericordiam
prestet indigno. Denique infert et dicit, Igitur non volentis neque
currentis sed miserentis est dei. Ambo itaque gemini natura filii
ire nascebantur nullis quidem operibus propriis sed originaliter ex adam
vinclo dampnationis obstricti. Sed quia dixit miserebor cui misertus
ero. iacob dilexit per misericordiam gratuitam. esau autem odio habuit
per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus. in altero alter
congnovit. Non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum
quod in eadem causa idem supplicium non incurrit. sed diuine gratie
largitate. quia non volentis. neque currentis. sed miserenti dei, est
Altissimo quippe ac saluberrimo sacramento universa facies atque,
ut ita dixerim vultus scripturarum sanctarum bene intuentes
id monere invenitur. ut qui gloriatur in domino glorietur. .ci.

Comendatio iudicii dei secundum eundem apostolum in obduratione pharaonis.

Cum autem deus misericordiam commendasset in eo quod ait.
Igitur non volentis neque currentis: sed miserentis est
dei. Deinde ut etiam iudicium commendaret. quia in quo non fit
misericordia. non iniquitas fit sed iudicium. Non est quippe iniquitas
apud deum. continuo subiunxit atque ait. Dicit enim scriptura
pharaoni quia ad hoc excitavi te. ut ostendam in te fortitudi-
nem meam et annuncietur nomen meum in universa terra. Quibus dictis ad
utrumque concludens. id est. et ad misericordiam et ad iudicium. Ergo in-
quid cui vult miseretur. et quem vult obdurat. Miseretur
scilicet magna bonitate et obdurat nulla iniquitate. ut nec
liberatus de suis meritis glorietur. nec dampnatus nisi de suis meritis
conqueratur. Sola enim gratia redemptos discernit a perditis. quos in
unam perditionis concreverat massam ab origine ducta causa
communis. Hoc autem qui eo modo audit ut dicat. Quid adhuc con-
queritur? Nam voluntati eius quis resistit. tamquam propterea malus
non videatur esse culpandus. quia deus cui vult miseretur et quem vult
obdurat. Absit ut pudeat nos respondere. quod respondisse
videmus apostolum. O homo tu quis es qui respondeas deo? Numquid
dicit figmentum ei qui se finxit. quare me fecisti sic? An non
habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem
vas in honorem. aliud vero in contumeliam? Hoc loco enim quidam
stulti putant apostolum in responsione defecisse. et inopia reddende
rationis repressisse contradictionis audaciam. sed magnum habet
pondus quod dictum est. O homo tu quis es. et ut in talibus questionibus.

ad sue capacitatis considerationem revocavit hominem. verbo
quidem brevi sed re ipsa magna est redditio rationis. Si enim hec
non capit. quis est qui respondeat deo? Si autem capit magis non
invenit quid respondeat. Videt enim si capit universum genus hu-
manum tam iusto iudicio divino in apostatica radice dampnatum.
ut etiam si nullus inde liberaretur. nemo recte posset vituperare dei
iusticiam. Et qui liberantur sic oportuisse liberari. ut ex pluribus non liberatis
atque in dampnatione iustissima derelictis ostenderetur quid meruisset
universa conspersio. et quod etiam istos debitum iudicium dei duceret. nisi eis
indebita misericordia subveniret. ut volentium de suis meritis gloriari
omne os obstruatur. et qui gloriatur in domino glorietur. **C II. De admira-
tio operum dei qua fit ut de malis voluntatibus bona ipse fa-**

Hec sunt magna opera domini. exquisi **voluntate impleat sua**
ta in omnes volun- tates eius. et tam sapienter exquisita.
ut cum angelica et humana creatura peccasset. id est non quod ille
sed quod voluit ipsa fecisset. etiam per eandem creature voluntatem
qua factum est quod creator noluit. impleret ipse quod voluit;
Bene utens et malis tamquam summe bonus. ad eorum dampnationem
quos iuste predestinavit ad penam. et ad eorum salutem quos beni-
gne predestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet.
quod deus noluit fecerunt. Quantum vero fecerunt ad omnipotentiam dei.
nullo modo id efficere valuerunt. hoc quippe ipso quod contra
voluntatem fecerunt eius de ipsis facta est voluntas eius. Propterea
namque magna opera domini. exquisita in omnes voluntates eius,

sed miro et ineffabili modo non fiat preter eius uo
luntatem. quod etiam contra eius fit uoluntatem. quia non fieret
si non sineret. Nec utique nolens sinit. sed uolens. nec sineret
bonus fieri male. nisi omnipotens et de malo facere posset bene. c.ii.

De bonis uoluntatibus hominum que plerumque benignissime uoluntati dei non conueniunt et malis uoluntatibus que conueniunt.

Aliquando autem bona uoluntate homo uult
aliquid quod deus non uult. etiam ipse bona multo amplius
multoque certius uoluntate. Nam illius mala uoluntas esse numquam
potest tamquam si bonus filius patrem uelit uiuere. quem deus bona uolun
tate uult mori. Et rursus fieri potest ut hoc uelit homo uolun
tate mala. quod deus uult bona. uelut si malus filius uelit patrem mori.
uelit hoc etiam deus. Nempe ille quod non uult deus. iste uero id uult
quod uult deus. Et tamen bone dei uoluntati pietas illius potius consonat
quamuis aliud uolentis. quam huius idem uolentis
impietas. tantum interest quid uelle homini. quid deo congruat.
et ad quem finem suam quisque referat uoluntatem. ut aut probetur.
aut improbetur. Nam deus quasdam uoluntates suas utique bonas
implet per malorum hominum uoluntates malas. sicut per iudeos ma
liuolos bona uoluntate patris pro nobis christus occisus est. Quod
tantum bonum factum est. ut apostolus petrus quando id fieri nolebat.
sathanas ab ipso qui occidi uenerat diceretur. Quam bone
apparebant uolu(n)tates piorum fidelium. qui nolebant apostolum pau
lum ierusalem pergere. ne ibi pateretur mala que agabus propheta pre
dixerat. Et tamen deus hec illum pati uolebat. pro annuncianda fide

xpi. exercens martyrium xpi. Nec istam bonam volunta
tem suam impleuit. persecutorum uoluntates bonas sed pru
dentium malas. Et ad eum potius pertinebant qui nolebant quod
uolebat. quam illi per quos uolentes factum est quod uolebat. Et ea id
ipsum, quidem. sed ipse per eos bona. illi autem mala uolun
tate fecerunt. Cum quibus sint uoluntates conuenientes aut non
conuenientes uoluntati dei. inuictissima sit semper uoluntas dei.

Sed quantelibet sint uoluntates. uel angelorum. uel homi
num. uel bonorum. uel malorum. uel illud quod deus. uel aliud uolentes
quam deus. omnipotentis uoluntas semper inuicta est. que mala
esse numquam potest. quia etiam cum mala irrogat. iusta est. mala
non est. Deus igitur omnipotens siue per misericordiam cuius uult miseretur. siue per
iudicium quem uult obdurat. Nec inique aliquid facit. Nec
nisi uolens quicquam facit. et omnia quecumque uult facit. sit

Qualiter intelligatur deus uelle omnes homines saluos fieri. a;

Ac per hoc cum audimus et in sacris litteris legimus. quod uelit omnes
homines saluos fieri. Non tamen ideo debemus omnipotentis
sime dei uoluntati. aliquid derogare. sed intelligere ita quod
scriptum est, Qui omnes homines uult saluos fieri. tamquam diceretur.
nullum hominem fieri saluum nisi quem fieri ipse uoluerit. Non quod
nullus sit hominum nisi quem saluum fieri uelit. sed quod nullus fiat
nisi quem uelit. et ideo sit rogandus ut uelit. quia necesse est fieri
si uoluerit, De orando quippe deo agebat apostolus. ut hoc diceret;
sic enim intelligimus et quod in euangelio scriptum est. qui illuminat

quamuis ex eo sit nobis non omnes homines saluos fieri

omne hominem. Non quia nullus est hominum qui non illu
minetur. sed quia non ab ipso nullus illuminatur. Aut certe sic dic
tum est. Qui omnes uult homines saluos fieri. Non quod
nullus hominum est. quem saluum fieri nollet qui uirtutes mi
raculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse pe
nitentiam si fecisset. Sed ut omnes homines omne genus hominum
intelligamus per quascumque differentias distributum. reges pri
uatos. nobiles. ignobiles. sublimes. humiles. doctos. indoctos.
integri corporis. debiles. ingeniosos. tardicordes. fatuos.
diuites. pauperes. mediocres. mares. feminas. infantes. pueros.
adolescentes. iuuenes. seniores. senes. in linguis omnibus. in mo
ribus omnibus. in artibus omnibus. in professionibus omnibus. in uoluntatum
conscienciarum uarietate innumerabili constitutos. et si quid
aliud differenciarum est in hominibus. Quid est enim eorum. unde non
deus per unigenitum suum filium dominum nostrum per omnes gentes saluos
homines fieri uelit? Et ideo fiat quia omnipotens uelle inaniter non
potest quodcumque uoluerit. Preceperat enim apostolus ut oraretur pro omnibus
hominibus et specialiter addiderat pro regibus et his qui in subli
mitate sunt; Qui putari [illegible] poterant fastu et superbia seculi.
fidei christiane humilitatem abhorrere. proinde dicens hoc enim bonum
est coram saluatore nostro deo. id est ut etiam pro talibus oretur. statim
ut desperationem tolleret addidit. Qui omnes homines uult saluos fieri.
et ad agnitionem ueritatis uenire. hoc quippe bonum deus iudicauit.
ut oracione humilium dignaretur salutem prestare sublimibus;

Quod utique iam uidemus impletum. Isto locutionis modo. et
dominus est usus in euangelio: ubi ait phariseis. Decimatis mentam
et rutam. & omne olus. Neque enim pharisei & quecumque aliena
et omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabant.
Sicut ergo hic omne olus. omne olerum genus. ita et illic omnes homines.
omne humanum genus intelligere possumus. & quocumque alio modo
intelligi potest. dum tamen credere non cogamur aliquid omnipoten
tem dominum uoluisse fieri factumque non esse qui sine ullis ambigui
tatibus si in celo & in terra sicut ei ueritas cantat omnia quecumque
uoluit dominus fecit. profecto facere noluit quodcumque non fecit. CVI;

Quod prescius deus primo homine peccatore facto predestinauit bonum facere de ma
lo eius ...

Q[uo]sa ppt etiam ~~primum~~ hominem deus in ea salute
qua conditus erat custodire uoluisset. eumque oportuno tempore
post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perduceret.
ubi iam non solum peccatum non committere. sed nec uoluntatem
posset habere peccandi. si ad permanendum sine peccato sicut
factus est perpetuam uoluntatem habiturum esse prescisset; Quia
uero eum male usurum libero arbitrio hoc est peccaturum esse prescie
bat. ad hoc potius preparauit uoluntatem suam. ut bene
ipse faceret etiam de male faciente. ac sic hominis uoluntate
mala non euacuaretur. sed nichilominus impleretur omnipotentis bona uoluntas;

CVII. Qualem oportuit prius hominem fieri et qualis postea futurus sit,,,

Sic enim oportebat prius hominem fieri. ut et bene uelle posset
& male. nec gratis si bene. nec impune si male; Postea uero

ta sit
dei;

sic erit ut male velle non possit. nec ideo libero carebit
arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium. quod omni
no non poterit servire peccato. Neque enim culpanda est volun
tas; aut voluntas non est. aut libera dicenda non est. qua
beati esse sic volumus ut esse miseri non solum nolimus. sed nequaquam
prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra etiam nunc nolle infeli
citatem. ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo praetermit
tendus non fuit. in quo deus voluit ostendere quam bonum sit ani
mal rationale quod etiam peccare possit quamvis sit melius quod pec
care non possit;

cvii. De immortalitate quam perdidit homo per liberum arbitrium et quam accepturus est per gratiam;

Sicut minor fuit immortalitas

sed tamen fuit in qua posset etiam non mori. quamvis maior
futura sit in qua non possit mori. Illam natura humana per
didit per liberum arbitrium hanc est acceptura per gratiam quam
fuerat si non peccasset acceptura per meritum. quamvis sine gratia.
nec tunc ullum meritum esse potuisset; Quia et si peccatum in solo
erat libero arbitrio constitutum. non tamen iustitiae retinendae
sufficiebat liberum arbitrium. nisi participatione inmutabilis
boni divinum adiutorium praeberetur. Sicut enim mori est in hominis po
testate cum velit. Nemo enim est qui non se ipsum ut nihil ali
ud dicam vel non vescendo possit occidere. ad tenendam vero
vitam voluntas non satis est. si adiutoria sive alimentorum si
ve quorumcumque tutaminum desunt. sic homo in paradiso. ad
se occidendum relinquendo iustitiam idoneus erat per volun
tatem;

Ut autem ab eo teneretur. uita iusticie. parum erat uelle, nisi
ille qui eum fecerat adiuuaret. Sed post illam ruinam
maior est misericordia dei. quando et ipsum liberum arbitrium. liberandum
est a seruitute cui dominatur cum morte peccatum. Nec omnino per se
ipsum. sed per solam dei gratiam que in fide christi posita est liberatur.
ut uoluntas ipsa sicut scriptum est a domino preparetur. qua cetera
dei munera capiantur. per que ueniatur ad munus eternum; CVII;
Quod gratia dei sit uita eterna secundum apostolum stipendium uero peccati mors. et quod
Unde et ipsam uitam primus homo suam potius quam dei uoluntatem faciens de ipso facta sit
eternam que certe merces est operum bonorum. gratiam dei appellat uoluntas dei;
apostolus. Stipendium inquid peccati mors est. gratia autem dei uita eter-
na. in christo ihesu domino nostro. Stipendium pro opere milicie debitum
redditur. non donatur. Ideo dixit stipendium peccati mors ut mortem
peccato non inmerito illatam. sed debitam demonstraret. Gratia uero nisi
gratis est. gratia non est. Intelligendum est ergo etiam ipsa hominis bona me-
rita esse dei munera. quibus cum uita eterna redditur. quid nisi gratia pro gratia
redditur? Sic ergo factus est homo rectus. ut et manere in ea
rectitudine posset non sine diuino adiutorio. et suo fieri per-
uersus arbitrio. utrumlibet horum elegisset; dei uoluntas fieret. aut
etiam ab illo. aut certe de illo. Proinde quia suam maluit facere
quam dei. de illo facta est uoluntas dei. qui ex eadem massa per-
dicionis que de illius stirpe profluxit. facit aliud uas in ho-
norem aliud in contumeliam. In honorem per misericordiam. in con-
tumeliam per iudicium. ut nemo glorietur in homine. ac per hoc nec in se;

N cx. Quale mediatorem reconciliari oportebat deo genus humanum;

Nam neque per ipsum liberaremur unum mediatorem dei et hominum
hominem Iesum Christum, nisi esset et deus. Sed cum factus est Adam homo
scilicet rectus, mediatore non opus erat. Cum ergo genus
humanum peccata longe separauerint a deo, per mediatorem qui
solus sine peccato natus est, uixit, occisus est, reconcilia
ri nos oportebat deo, usque ad carnis resurrectionem in uitam
aeternam. ut et humana superbia per humilitatem dei argueretur ac
sanaretur. et demonstraretur homini quam longe recesserat a deo.
cum per incarnatum deum reuocaretur. et exemplum obedienciae per
hominem deum contumaci homini praeberetur. Et unigenito suscipiente
formam serui quae nichil ante meruerat fons gratiae
panderetur. et carnis etiam resurrectio redemptis promissa in ipso
redemptore praemonstraretur. Et per eandem naturam quam se decepis
se letabatur diabolus uinceretur. nec tamen homo gloriaretur. ne iterum
superbia nasceretur. et si quid aliud de tanto mediatoris sacramento
a proficientibus uideri et dici potest. aut tantum uideri etiam
si dici non potest; cxi. Qualiter se habeant animae defunctorum ante

Tempus autem quod inter hominis ultimam resurrectionem
mortem et ultimam resurrectionem interpositum est ani
mas abditis receptaculis continet. sicut unaquaeque digna
est. uel requie. uel erumpna, pro eo quod sortita est in carne
dum uiueret; cxii. De sacrificiis et elemosinis quae pro baptizatis defunctis offeruntur

Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum offerri;

inuentum releuari cum pro illis sacrificium mediatoris offertur.
uel elemosine fiunt in ecclesia. Sed hec eis prosunt qui cum uiuerent
hec sibi ut postea possent prodesse meruerunt. Est enim quidam uiuendi
modus. nec tam bonus ut non requirat ista post mortem. nec tam malus
ut non ei prosint ista post mortem. Est uero talis in bono. ut his non requirat.
Et est rursus talis in malo. ut nec his ualeat cum hac uita transierit
adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur. quo possit quis hanc
uitam releuari quispiam uel grauari. Nemo autem se speret
quod hic neglexerit. cum obierit dominum promereri. Non igitur ista que pro
defunctis commendandis frequentat ecclesia. illi apostolice sunt aduersa
sententie qua dictum est. Omnes enim nos stabimus ante tribunal Christi.
ut referat unusquisque secundum ea que per corpus gessit. siue bonum siue ma
lum. Quia etiam hoc meritum sibi quisque dum in corpore uiueret con
parauit. ut ei possent ista prodesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare
non omnibus prosunt. nisi propter differentiam uite quam quisque gessit in
corpore? Cum ergo sacrificia siue altaris. siue quarumcumque elemo
synarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur. pro ualde bonis gratiarum
actiones. pro ualde malis etiam si nulla sunt adiumenta mor
tuorum. qualescumque uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt.
aut ad hoc prosunt. ut sit plena remissio. aut certe ut tolerabilior
fiat ipsa dampnatio;

CXII; Quos fines habiture sint bonorum malorumque ciuitates due post resurrectionem;

Post resurrectionem uero
facto uniuerso completoque iudicio. suos fines habebunt
ciuitates due. una Christi. altera diaboli. una bonorum altera ma
lorum;

Utraque tamen et angelorum et hominum. Istis voluntas illis facultas non poterit esse ulla peccandi vel ulla conditio moriendi. Istis in eterna vita vere feliciterque viventibus. illis infeliciter in eterna morte sine moriendi necessitate durantibus quoniam utrique sine fine. In beatitudine isti alius alio prestabilius; In miseria vero illi. alius alio tolerabilius permanebunt; cxiii;

De his qui humana miseratione commoti non credunt eternas esse penas impiorum;

Frustra itaque non nulli immo quam plurimi. eternam dampnatorum penam et cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu. atque ita futurum esse non credunt. Non quidem scripturis divinis adversando. sed pro suo motu dura queque molliendo et leniorem flectendo sententiam quam putant in eis terribilius esse dictam quam verius. Non enim obliviscetur inquiunt misereri deus. aut continebit in ira sua miserationes suas. hoc quidem in psalmo legitur sancto. Sed de his sine ullo scrupulo intelligitur qui vasa misericordie nuncupantur. quia et ipsi non pro meritis suis. sed deo miserante de sua miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere. non ideo necesse est. ut dampnationem opinentur eorum posse finiri. de quibus dictum est. Ibunt isti in supplicium eternum. ne isto modo putetur habitura finem quandoque felicitas etiam illorum. de quibus e contrario dictum est. Iusti autem in vitam eternam. Sed penas dampnatorum certis temporum intervallis existiment. si hoc eis placet aliquantulum mitigari

re. etiam quippe sic intelligi potest manet in illis ira dei,
hoc est ipsa damnatio. Hec enim uocatur ira dei. non diuini animi
perturbatio. ut in ira sua hoc est manente ira sua. non tamen
contineat miserationes suas. non eterno supplicio finem dando.
sed leuamen adhibendo. uel interponendo cruciatibus. Quia
nec psalmus ait ad finiendam iram suam. uel post iram suam.
sed in ira sua. Que si sola esset. quanta ibi minima cogitari
potest. perire a regno dei. exulare a ciuitate dei. alienari a ui
ta dei. carere tam magna multitudine dulcedinis dei quam
abscondit metuentibus se. perfecit autem sperantibus in se tam
grandis est pena ut ei nulla possint tormenta que nouimus
comparari si illa sit eterna. ista sint autem quamlibet multis
seculis longa. CXV. Quod eterna sit pena damnatorum et sine diuersa pro qua
litate scelerum sicut illorum eterna erit beatitudo licet inter se meritis differant.

Manebit ergo sine fine mors illa perpetua damnatorum.
idest alienatio ciuitatis dei. et omnibus erit ista communis.
quelibet homines de uarietate penarum. de dolorum rele
uatione uel intermissione. pro suis humanis motibus suspi
centur. sicut manebit communiter omnium uita eterna sanctorum
quamlibet bonorum distantia concorditer fulgeant. CXVI. Quod ex
confessione fidei nascatur spes fidelium neque quis in se ipso spem habeat.

Ex ista fidei confessione que breuiter symbolo continetur.
et carnaliter cogitata. lac paruulorum est. Spiritaliter
autem considerata atque tractata cibus est fortium. nas

citur

spes bona fidelium. cui caritas sca connectitur.
sed de his omnibus que fideliter sunt credenda ea tantum
ad spem pertinent que in oratione dominica continentur.
Maledictus omnis enim sicut diuina testantur eloquia
qui spem ponit in homine; de phoc et insemet ipso qui
spem ponit. huius maledictionis uinculo innectitur. Ideo
non nisi a domino deo petere debemus. quicquid speramus nos uel
bene operaturos. uel pbonis opibus adepturos; CXVI.
Proinde apud Quomodo dnica oratio VII. peticiones apud euglistam
euglistam mathm. septem petitiones mathm contineat;
continere dnica intellegitur oratio. quarum tribus eterna pos
cuntur. reliquis quattuor temporealia. que tamen propter
eterna consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus
sanctificetur nomen tuum. adueniat regnum tuum. fiat uolun
tas tua sicut in celo et in terra. quod non absurde quidam
intellexerunt. in spiritu et corpore omnino sine fine retinen
da sunt. et hic inchoantur. quantumcumque proficimus augentur
in nobis. perfecta uero quod in alia uita sperandum est. semper pos
sidebuntur. Quod uero dicimus. panem nostrum cotidianum.
da nobis hodie. et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimit
timus debitoribus nostris. et ne nos inducas in temptationem.
sed libera nos a malo. quis non uideat ad presentis uite indigentiam
pertinere? In illa itaque uita eterna ubi nos semper speramus fu
turos. et nominis dei sctificatio. et regnum eius. et uoluntas eius.

in nostro spiritu et corpore perfecte atque inmortaliter permane
bunt. Panis vero cotidianus ideo dictus est quia hic est
necessarius. quantus animae carnique tribuendus est. sive spiritaliter.
sive carnaliter. sive utroque intellegatur modo. hic est
etiam quam poscimus remissio. ubi est omnis commissio peccatorum.
hic temptationes que nos ad peccandum vel alliciunt vel in
pellunt. hic denique malum unde cupimus liberari. illic autem
nichil est horum; xxviii. De quinque petitionibus apud Lucam euangelistam

Euangelista vero lucas a matheo non discrepantibus;
in oracione dominica petitiones non septem sed quinque con
plexus est. nec ab isto utique discrepavit. sed quemadmodum ista
septem sint intelligenda. ipsa sua brevitate commonuit.
Nomen quippe dei sanctificatur in spiritu. dei autem regnum in carnis resur
rectionem venturum est. Ostendens ergo lucas terciam petitionem
duarum superiorum esse quodammodo repetitionem. magis eam praeter
mittendo fecit intelligi. Deinde tres alias adiungit de pane
cotidiano. de remissione peccatorum. de temptatione vitanda.
At vero quod ille in ultimo posuit. sed libera nos a malo. iste non posuit
ut intelligeremus ad illud superius quod de temptatione dictum est
pertinere. Ideo quippe ait sed libera nos non ait et libera. tamquam unam
petitionem esse demonstrans. noli hoc sed hoc. ut sciat unusquisque
in eo se liberari a malo. quod non infertur in temptationem; xxviiii.
de excellencia caritatis sine qua etiam qui recte credit. ac sperat
non potest ad beatitudinem pervenire;

Iam porro caritas. quam duabus istis. id est. fide. ac spe.
maiorem dixit apostolus. quanto in quocumque maior est. tanto
melior est in quo est. Cum enim queritur utrum quisque sit homo
bonus non queritur quid credat. aut speret. sed quid amet. Nam
qui recte amat. procul dubio recte credit et sperat. Qui vero non
amat. inaniter credit. etiam si vera sunt que credit. In-
aniter sperat. etiam si ad veram felicitatem doceantur pertinere que sperat.
nisi et hoc credat ac speret. quod sibi petenti donari possit ut amet.
Quamvis enim sperare sine amore non possit. fieri tamen potest. ut
id non amet. sine quo ad id quod sperat non potest pervenire. tamquam
si speret vitam eternam quam non amet. et si non iusticiam amet. sine qua
nemo ad illam pervenit. Ipsa est autem fides Christi. quam commendat
apostolus. que per dilectionem operatur. et quod in dilectione non dum habet.
petit ut accipiat. querit ut inveniat. pulsat ut aperiatur ei;
Fides namque impetrat. quod lex imperat. Nam sine dei dono. id est.
sine spiritu sancto per quem diffunditur caritas in cordibus nostris iubere
lex poterit non adiuvare. et prevaricatorem insuper facere. qui de
ignorancia se excusare non possit. Regnat enim carnalis cupidi-
tas. ubi non est dei caritas. CXX. De IIII differentiis hominum quem
deus gratia sua de tenebris ignorantie ad se revocare digna-

Sed cum in altissimis tur. in quibus dei quoque ipsos ordinat dicit;
ignorantie tenebris nulla resistente racione secundum car-
nem vivitur. hec sunt prima hominis. Deinde cum per legem cogni-
tio fiunt facta peccati. si nondum divinus adiuvat spiritus. secundum

legem uolens uiuere uincitur . et sciens peccat . peccatoque sub
ditus seruit . A quo enim quis deuictus est . huic et seruus ad
dictus est . Id agente conscientia mandati . ut peccatum
operetur in homine omnem concupiscentiam cumulo preuaricationis
adiecto . atque ita quod scriptum est impleatur . lex subintrauit ut
abundaret delictum . Hec sunt secunda hominis . Si autem respexerit deus .
ut ad implenda que mandat ipse adiuuare credatur . et agi
homo ceperit dei spiritu . concupiscitur aduersus carnem fortiore robore
caritatis . ut quamuis adhuc sit quod homini repugnet ex homine ,
non dum tota infirmitate sanata . ex fide tamen iustus
uiuat . iusteque uiuat . in quantum non cedit male concupis
centie . uincente delectatione iusticie . Hec sunt tercia bone
spei hominis . In quibus si pia perseuerantia quisque proficiat post
trema pax restat . que post hanc uitam in requie spiritus . deinde in re
surrectione etiam carnis . Harum iiii . differentiarum prima implebitur ;
est . ante legem . secunda sub lege . tercia sub gratia . quarta in
pace plena atque perfecta . Sic est et dei populus ordinatus . per inter
ualla temporum . sicut deo placuit . qui in mensura et nu
mero et pondere cuncta disponit . Nam fuit primitus ante le
gem . secundo sub lege . que data est per moysen . deinde sub gratia que
reuelata est per primum mediatoris aduentum . Que quidem gratia nec
antea defuit quibus eam oportuit impertiri . quamuis pro temporis
dispensatione uelata et occulta . Neque enim antiquorum quorumque
iustorum uirorum preter christi fidem . salutem potuit inuenire ;

aut non nisi in illis cognitus fuisset non potuisset nobis
per eorum ministerium alias aperte alias occulte prophetari. *CXIX.*
Quod in qualibet istarum .iiii. uelut etatum gratia renationis inue
nit homines ibi ei remittuntur cuncta peccata et quod quibus gratia tribuitur
In quacumque autem istarum *omnia sub lege non seruiant;*
quattuor uelut etatum singulum quemque hominem gratia rege
nerationis inuenerit. ibi ei remittuntur uniuersa preterita
peccata et reatus ille nascendo contractus. renascendo dis
soluitur. tantumque multum ualet quod spiritus ubi spirat uult. ut quidam
secundam illam seruitutem sub lege esse non nouerint. sed cum mandato
incipiant ad iutorium habere diuinum; *CXX. Non*
obesse his qui per baptismum iam regenerati sunt et in mandati nec dum
capaces secundum carnem si moriantur ex hac uita discedant;
Ante quam possit homo capax esse mandati. secundum carnem
uiuat necesse est. Sed si iam sacramento regenerationis
inbutus est nichil ei oberit mors. si tunc ex hac uita emigra
uerit. Quia ideo Christus mortuus est et resurrexit. ut et uiuorum
et mortuorum dominetur. Nec tenebit regnum mortis eum. pro
quo mortuus est ille liber in mortuis; *CXXI. De carita*
te dei et proximi ad quam omnia precepta referuntur et de qualitate ei
Omnia igitur precepta *in hoc seculo uel in futuro;*
diuina referuntur ad caritatem de qua dicit apostolus;
Finis autem precepti est caritas de corde puro et conscientia
bona et fide non ficta. Omnis itaque precepti finis caritas est;

id est ad caritatem refertur omne preceptum. Quod uero
ita fit uel timore pene. uel aliqua intencione carnali. ut
non referatur ad illam caritatem quam diffundit spiritus sanctus in cor
dibus nostris, Nondum fit quemadmodum fieri oportet. quamuis
fieri uideatur. Karitas quippe dei est et proximi. et utique in his
duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Adde euangelium. adde et
apostolum. Non enim aliunde uox ista est apostoli. Finis precepti est
caritas et deus caritas est. Quecumque ergo mandauit deus
ex quibus unum est. non mechaberis. et quecumque non iubentur. sed
spiritali consilio monentur. ex quibus unum est bonum est homini muli
erem non tangere. tunc recte fiunt cum referuntur ad dili
gendum deum et proximum propter deum et in hoc seculo et in futuro;
Nunc deum per fidem. tunc per speciem et ipsum proximum nunc per fidem.
Nunc enim nescimus mortales corda mortalium. Tunc autem illumina
bit dominus abscondita tenebrarum. et manifestabit cogitationes
cordis. et tunc laus erit unicuique a deo. Quia id laudabitur et diligetur
a proximo. in proximo quod ne lateat ab ipso illuminabitur deo. Minu
itur autem cupiditas caritate crescente. donec ueniat hic ad tantam
magnitudinem qua maior esse non possit. Maiorem enim caritatem
nemo habet. quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Ibi autem quis
explicet. quanta erit caritas. ubi cupiditas quam uel cohibendo superet
nulla erit. Quoniam summa erit sanitas quando contentio mortis nulla
erit.

Sed sit aliquando huius uoluminis finis. quod ipse uideris utrum

enchiridion uel appellare debeas uel habere. Ego
tamen cum spnenda tua in xp̄o studia non putarem
bona dett credens. in adiutorio nr̄i redemptoris con
fidens ac sp̄ans. teq; in ei9 membris plurimū diligens.
librum ad te sicut ualui, utinam tam cōmodū quā
prolixum. de fide, 7 spe 7 karitate conscripsi; Explicit
liber beati avgvstini quem enchiridion ap
pellauit ad laurentium; conscriptus ;;
Qui hoc scripsit in pace quiescat; amen; ;;;;;;;;
Didacus uocabatur a domino benedicatur amen.

Dn̄e miserere nr̄i te enim expectauimus 7 esto brachium
nr̄m in mane 7 salus nr̄a in tempore tribulacionis
tu ... dn̄e miserere nr̄i

ABCDEFGHIKL

Hec est liber sc̄e marie de ualle uiride qui abstule
rit anathema sit;; amen; am amen;

the Cistercian abbey of Valverde in Old Castile

A A A A A A

B B b b b B

C C C C

D D D D

E E E E

F F F F B

L M

L L L L

M M M M

N N N N N N N

N N

[illegible] sancti. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.
[illegible] et creabuntur. Et renovabis faciem terre. Domine exaudi orationem
meam. Et dominus vobiscum. Oremus. Deus qui corda fidelium sancti
spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de
eius semper consolatione gaudere. Omnipotens sempiterne deus qui
gloriose virginis matris marie corpus et animam ut dignum filii
tui habitaculum effici mereretur spiritu sancto cooperante preparasti
da ut cuius commemoratione letamur eius pia intercessione ab
instantibus malis et a morte subitanea atque perpetua libere-
mur et ad gaudia eterna per te perducere mereamur.

Domine ne in furore tuo arguas me

Sotheby's London
2/13/1913

389 AUGUSTINUS (S.) TRACTATUS IN PSALMOS CANTICUM GRADUUM; ET ENCHIRIDION, MANUSCRIPT ON VELLUM, *by a Spanish scribe* (180 *ll.* 10 *by* 7 *in.*), *finely written in upright regular* gothic letters, *long lines,* 24 *to a full page, with many painted ornamental initials, etc. in the original oak boards* *sm. folio.* SÆC. XII

*** At the end is written by the original scribe: "*Qui hoc scripsit in pace quiescat, Amen,*" followed by "*Didacus vocavatur, a Domino benedicatur Amen.*" This addition was made about 1300. In the original scribe's hand is also the inscription "*Liber Sanctæ Mariæ de Benevivere: qui abstulerit Anathema sit.*" Benevivere was the ancient name of the Cistercian abbey of Valverdale in old Castile, founded in 1169. The office of a Saint is added in a fourteenth century hand on the fly-leaf at the end, and signed "Vgo frey." One of the invocations is "*a morte sbpitania*"—the last word being Spanish Latin for *subitanea*. The binding of this volume is a very early specimen, probably not later than A.D. 1200.